e | rara

**www.e-rara.ch**

# Band 5

## Commentariorum Hieronymi in Epistolam ad Galatas liber primus

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

E Quāobrem ita caute inter utrūq; & medius incedit:ut nec euangelij prodat gratiā preſſus pondere & auctoritate maiorū:nec præceſſoribus faciat iniuriā, dū aſſertor eſt gratiæ: oblique uero & quaſi per cuniculos latēter incedens: ut Petrum doceat pro cōmiſſa ſibi circūciſionis plæbe facere, ne ab antiquo repente uiuendi more deſciſcens, in crucē ſcandaliçata non crederet:& ſibi predicatione gentiū credita, æquū eſſe id pro ueritate defendere qđ alius pro diſpenſatione ſimularet. Quod nequaq; intelligens Bataneotes & ſcelerat9 ille Porphyrius, in primo operis ſui aduerſum nos libro:Petrū a Paulo obiecit eſſe reprehenſum: qđ non recto pede incederet ad euangeliçandum: uolens & illi maculam erroris inurere, & huic procacitatis: & in cōmune ficti dogmatis accuſare mendaciū:dum inter ſe eccleſiarū principes diſcrepent. Quæ quidem & nūc orantibus uobis leuiter quo ſenſu ſint dicta cōtingimus:& in ſuis locis plenius exequemur. Sed iam tempus eſt, ut ipſius apoſtoli uerba ponentes, ſingula quæq; pandamus.

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EPISTOLAM AD GALATAS LIBER PRIMVS

**PAulus apoſtolus non ab hominibus neq; per hominem:ſed per Ieſum chriſtum & deum patrem qui ſuſcitauit eum a mortuis.**

PAulus apoſtolus/ nō ab hominib9 neq; per hominē &c. Non ſuperbe, ut quidā putant: ſed neceſſarie, neq; ab hominib9 neq; p hominē ſe apoſtolū eſſe proponit: ſed per ieſum chriſtum & deū patrē: ut eos qui Paulum extra duodecim apoſtolos uentilabāt, F & neſcio unde ſubito prorupiſſe, uel a maioribus ordinatū aſtruebāt, hac auctoritate confunderet. Poteſt autē & oblique in Petrū & in cæteros dictū accipi: qđ nō ab apoſtolis ei ſit traditum euāgeliū:ſed ab ipſo ieſu chriſto, qui & illos apoſtolos elegerat. Hoc autē totū ideo præparat, ut nemo ſibi cōtra legis onera pro euangelij gratia diſputanti, poſſit opponere:ſed Petrus hoc dixit, ſed apoſtoli hoc ſtatuerunt, ſed præceſſores tui aliud decreuerunt. Qđ quidē in ſequentibus nunc quaſi occulto ſermone præludēs manifeſti9 facit, dum ab eis qui uidētur eſſe aliquid, nihil in ſe collatū refert:& ipſi Petro in faciē reſtitiſſe ſe ſcribit: nulla ſe dicēs neceſſitate cōpulſum ut hypocriſi cederet iudæorū. Qđ ſi temerariū quibuſdā uidetur eū contra apoſtolos quis occulte locutū: q hieroſolymā idcirco p̄rexerit: ut cū eis conferret euangeliū: ne forte in uacuū curreret, aut cucurriſſet, illo intelligentiā tranſferamus: Vſq; hodie a patriarchis iudæorū apoſtolos mitti: a quibus etiam tūc reor galatas deprauatos legē obſeruare cœpiſſe: uel certe alios de iudæis credētibus in chriſtū p̄rexiſſe galatiā, qui aſſererent Petrū quoq; apoſtolorū principē & Iacobū fratrem domini, legis cerimonias cuſtodire. Ad diſtinctionem itaq; eorum qui mittūtur ab hominibus & ſui qui ſit miſſus a chriſto: tale ſumpſit exordium. Paulus apoſtolus: non ab hominibus, neq; per hominē. ἀπόστολος autem hoc eſt miſſus: hebræorum proprie uocabulum eſt: quod Silas quoq; ſonat: cui a mittendo miſſo nomen impoſitum eſt. Aiunt hebræi inter ipſos quoq; prophetas & ſanctos uiros eſſe quoſdam qui & prophetæ & apoſtoli ſint: alios uero qui tantum prophetæ. Deniq; moyſen, cui dicitur: Et ego mittam te ad pharaonem: & ipſe reſpondeat: prouide alium quem mittas, Et Eſaiam, cui loquitur deus: Quem mittam: & quis ibit ad populum iſtum, eſſe & apoſtolos & prophetas. Vnde & nos poſſumus intelligere Ioannem quoq; baptiſtam, & prophetā & apoſtolum appellandum: ſiquidem ait ſcriptura: Fuit homo miſſus a deo cui nomen erat Ioannes. Et in epiſtola ad hebræos propterea Paulum ſolita conſuetudine nec nomen ſuum, nec apoſtoli uocabulum præpoſuiſſe: quia de chriſto erat dicturus: Habentes ergo principem ſacerdotum, & apoſtolum confeſſionis noſtræ ieſum: nec fuiſſe congruum ut ubi chriſtus apoſtolus dicēdus erat, ibi etiam Paulus apoſtolus poneretur. Quatuor autem genera apoſtolorum ſunt. Vnum, qđ neq; ab hominibus eſt neq; per hominē: ſed per ieſum chriſtū & deū patrem. Aliud quod a deo quidem eſt: ſed per hominem. Tertium, quod ab homine non a deo. Quartū, qđ neq; a deo neq; per hominem neq; ab homine, ſed a ſemetipſo. De primo genere poteſt eſſe Eſaias cæteriq; prophetæ: & ipſe apl'us Paulus: qui neq; ab hominib9 neq; p hominē, ſed a deo patre & chriſto miſſus eſt. De ſecundo, Ieſus filius Naue: qui a deo quidem eſt apoſtolus conſtitutus, ſed per hominem Moyſen. Tertium genus eſt: cum hominum fauore & ſtudio aliquis ordinatur. Vt nunc uidemus plurimos non dei iudicio, ſed redempto fauore uulgi in ſacerdotium ſubrogari. Quartum eſt pſeudoprophetarum, & pſeudoapoſtolorum. De quibus Apoſtolus: Iſtiuſmodi, inquit, pſeudoapoſtoli, operarij iniquitatis: trāſfigurantes ſe in apoſtolos chriſti, qui dicunt: Hæc dicit dn̄s: & dominus non miſit eos. Verū non talis apoſtolus Paulus: qui neq; ab hominibus neq; per hominē, ſed a deo patre per ieſum chriſtum miſſus eſt. Ex quo approbatur, Hebionis & Photini etiam hinc hæreſis retūdēda, quod dominus noſter ieſus chriſtus deus ſit: dum apoſtolus qui a chriſto ad prædicationem euangelij miſſus eſt, negat ſe miſſum eſſe ab hoīe. Subrepunt hoc loco cæteræ hæreſes: quæ putatiuam chriſti carnē uendicantes: deum aiunt chriſtum eſſe, non hominem. Necnon & noua hæreſis: quæ dimidiatam chriſti aſſerit diſpenſationem. Atq; ita eccleſiæ fides inter tanta falſorum dogmatum naufragia conſtituta: ſi chriſtum fateatur hominē: Hebion Photinuſq; ſubrepunt. Si deū eſſe contenderit: Manichæus & Marcion: & nouelli dogmatis auctor ebulliunt. In commune itaq; audiant: chriſtum & deum eſſe & hominem. Non quod alius deus ſit, & alius homo: ſed qui deus ſemper erat: homo ob noſtram ſalutem eſſe dignatus eſt. Sciendum quoq; in Marcionis apoſtolo non eſſe ſcriptum, & per deum patrem: uolentis exponere chriſtum non a deo patre, ſed per ſemetipſum ſuſcitatum: ut eſt illud: Soluite templum hoc & ego in triduo ſuſcitabo illud. Necnon & alibi: Nemo tollit animam meam a me, ſed ego pono eam a me ipſo: Poteſtatem habeo ponendi eam, & rurſum poteſtatem habeo ſumendi illam.

Exo.3.c Esa.6.c Ioh.1. Heb.3.a 2.Cor.11. Ioh.2.d Ibidē.10.d

Et qui mecū

A a Et qui mecum ſunt omnes fratres eccleſijs galatię. In alijs epiſtolis, Soſthenes & Siluanus, interdum & Timotheus in exordio præponuntur: in hac tantum quia neceſſaria erat auctoritas plurimorū, omniū fratrū nomen aſſumit. Qui & ipſi forſitan ex circūciſione erant: & a galatis non contemptui ducebātur. Plurimū quippe facit ad populum corrigēdum, multorum in una re ſententia atq; conſenſus. Quod autē ait: eccl'ijs galatiæ: & hoc notandum quia hic tantū generaliter nō ad unā eccleſiā unius urbis, ſed ad totius ꝓuinciæ ſcribat eccl'ias: & eccleſias uocet, q̃s poſtea errore arguat deprauatas. Ex quo noſcendum dupliciter eccleſiam poſſe dici: & eam quæ non habeat maculam aut rugam, & uere corpus chriſti ſit: & eam quæ in chriſti nomine abſq; plenis ꝑfectiſq; uirtutibus congregetur. Quomodo ſapientes bifariam nuncupant: tam hi qui ſunt plenæ perfectæq; uirtutis q̄ illi qui incipiunt & in profectu poſiti ſunt. De perfectis

Prouer. 9. b dicitur: mittam in uos ſapientes. De incipientibus: Argue ſapientem & diliget te. Qui enim plenæ conſūmatæq; uirtutis eſt, correptione non indiget. Iuxta hunc ſenſum de cæteris quoq; uirtutibus intelligendum: quod ſcilicet fortis & prudens, pius, caſtus, iuſtus, & temperās, interdum plene, interdum abuſiue accipiant. b Gratia vobis & pax a deo patre & dño noſtro ieſu chriſto. Nō ut in cæteris epiſtolis, dei patris & dñi noſtri ieſu chriſti gratiam ponit & pacem: per quas abſq; operū merito, & peccata nobis conceſſa ſunt priſtina, & pax indulta poſt ue

B niam: ſed prudenter iam cauſam agit aduerſum eos qui fuerant a lege præuenti, & putabant ſe poſſe ex operibus iuſtificari: ut ſcirent ſe ſaluos gratia in eo perſeuerare debere qđ cœperant. c Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris. Neq; filius ſe dedit pro peccatis noſtris abſq; uoluntate patris: neq; pater tradidit filium ſine filij uolūtate: ſed hæc eſt uoluntas filij, uoluntatē patris implere:

Pſ. 39. b ut ipſe loquit in pſalmo: Vt facerem uoluntatem tuam, deus meus uolui. Dedit ſe autem filius: ut iniuſticiam quæ erat in nobis, iuſticia ipſe ſubuerteret. Tradidit ſe ſapientia, ut inſipientiam expugnaret. Sanctitas & fortitudo ſe obtulit: ut ſpurcitiam infirmitatēq; deleret. Atq; ita nō ſolum in futuro ſæculo iuxta promiſſam ſpem qua credimus, ſed etiam hic de præſenti ſæculo nos liberauit: dum cōmortui chriſto tranſfiguramur in nouitatē ſenſus: & non ſumus de hoc mundo, a quo merito nec amamur. Quæritur quō præſens ſæculum malū dictum ſit. Solent quippe hæretici hinc capere occaſiones: ut alium lucis & futuri ſæculi: alium tenebrarū & præſentis aſſerāt conditorē. Nos autem dicimus, non tam ſæculū ipſum qđ die ac nocte annis currit & menſibus appellari malū, q̄ ὁμωνύμως ea quæ in ſæculo fiant: quō ſufficere dicit

Geñ. 47. b diei malicia ſua: & dies Iacob modici eſſe ſcribunt & peſſimi. Non quo ſpacium tēporis in quo uixit Iacob malū fuerit, ſed quo ea quæ ſuſtinuit, per uaria eū exercuerint tentamenta. Deniq; eo tempore quo ille pro coniugibus ſeruiebat, & multis conflictabatur anguſtijs: Eſau in requie erat: atq; ita idem tēporis ſpacium: alij bonum, alij

Eccſ. 7. b malum fuit: nec ſcriptum eſſet in Eccleſiaſte: Ne dixeris quia dies mei priores erant boni ſuper iſtos: niſi ad diſcri

1. Ioh. 5. d men malorum. Vnde Ioannes ait: Mundus om̄is in maligno poſitus eſt. Non qđ mundus ipſe ſit malus, ſed qđ

Eſa. 22. d mala in mūdo fiant ab hominibus: manducemus & bibamus dicētibus, cras em̄ moriemur. Et ipſe Apoſtolus:

Eph. 5. d Redimentes inquit tempus: quia dies mali ſunt. Infamantur & ſaltus cū latrocinijs pleni ſunt: nō quo terra peccet & ſyluæ, ſed quo infamiā homicidij loca quoq; traxerint.

C Deteſtamur & gladiū, quo human⁹ effuſus eſt cruor: & calicē in quo uenenū tēperatū eſt: nō gladij caliciſq; peccato: ſed qđ odiū mereant illi q his male uſi ſūt. Ita & ſæculū qđ eſt ſpaciū tēporū, nō ꝑ ſemetipſum aut bonū aut malū eſt, ſed ꝑ eos q in illo ſunt, aut bonū appellatur aut malū. Quapropter Valētini delyramenta & fabulæ contēnēdæ ſūt: q triginta αἰῶνας ſuos ex eo qđ in ſcripturis ſæcula legant affinxit: dicens eos eſſe animalia: & per quadradas & ogdoadas, decadas q̊q; & duodecadas tot ædidiſſe numeros ſæculorū: quot Aeneia fœtus ſcropha generauit. Quærēdū quoq; qd ſit inter ſæculū & ſæculū ſæculi ſiue ſæcula ſæculorū: Et ubi pro breui tēporis ſpacio, ubi pro æternitate ponat: quia in hebræo ſæculū. i. עוֹלָם ubi ו literā poſitā habuerit, æternitatē ſignificat: ubi uero ſine ו ſcribit, annū quinquageſimū: quē illi Io

Exo. 21. a bileū uocant. Ob hanc cauſam & ille hebræus qui ꝓpter uxorē & liberos amans dñm ſuū, aure pertunſa ſeruitio ſubiugat, ſeruire iubetur in ſæculum: hoc eſt uſq; ad an

Deut. 23. a nū quinquageſimū. Et moabitæ & Amonitæ non ingrediunt eccleſiā dñi, uſq; ad q̄ntā & decimā generationē & uſq; in ſæculū: Quia om̄is dura cōditio, Iobilei ſoluebat aduētu. Quidā dicūt eundē eſſe ſenſum in ſæculis ſæculorū: quē in ſanctis ſanctorū, in cœlis cœlorū, in operib⁹ operū, in Canticis canticorū: & quā habent differentiam cœli ad eos q̊rū cœli ſunt: & ſancta quæ ſanctorū cōparatione ſunt ſanctiora: & oꝑa quæ operū prælatiōe meliora

D ſunt: & cātica quæ inter cātica uniuerſa præcellūt: eandē habere & ſæculū, q̄ ſæculorū collatiōe ſūt ſæcl'a. Præſens itaq; ſæculū ita ediſſerūt, ut dicāt ex eo tp̄e illud eſſe numerādū ex q̊ cœlū & terra ſunt cōdita, & currere uſq; ad conſūmationē mundi, quo chriſtus iudicaturus eſt omnia. Reuocant quoq; ultra: & in priora ꝓmouent gradū, de præteritis & futuris ſæculis diſputātes, bona an mala fuerint ſeu futura ſint: & in tam ꝓfundas incidunt quæſtiones: ut libros quoq; & infinita uolumina ſuꝑ hac diſſertione cōdiderint. Qđ autē prologus Pauli, amē hebræo ſermone cōcludit: אָמֵן Lxx. tranſtulerunt γένοιτο. i. fiat. Aquila πεπιστωμένως uere ſiue fideliter. Qđ etiam in euangelio a ſaluatore ſemꝑ aſſumit, ſua ꝑ amen uerba firmante. d Miror qđ ſic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiā chriſti ieſu &c. Verbum tranſlatio

Geñ. 5. d nis in Geneſi primū legimus: ubi Enoch tranſtulit deus & nō inueniebat. Et in regnorum poſtea libris: quando

3. Reg. 21. g Achab a cultu dei ad idolorū uenerationē trāſtulit uxor ſua Ieçabel, ut faceret iuxta omnia quæ fecit amorræus quem diſꝑdidit dñs a facie filiorū iſrael. Sed cū ſit utraq; trāſlatio: illa dei eſt, hæc diaboli. Qui transfert a deo, nō inuenitur ab inimicis ſuis: nec ei poteſt inſidiator obrepere. Hoc quippe ſignificare æſtimo, & non inueniebat. Qui uero tranſfertur a diabolo: in hoc tranſfertur qđ uidetur eſſe ſed non eſt. Sapientes quoq; ſæculi eos qui de dogmate trāſferunt ad dogmata, trāſlatos uocāt: ut Dionyſius ille cuius fuit ante ſentētia: dolorē nō eſſe malum: poſtq̄ oppreſſus calamitatibus & dolore cruciatus, cœpit affirmare qđ dolor eſſet ſummū omniū malorū: ab his appellatus eſt trāſpoſitus ſiue tranſlatus, qđ ſcilicet a priori decreto recedens, in contrariū recidiſſet. Miratur itaq; Paulus: Primū qđ trāſlati ſint ab euangelij libertate in legaliū operū ſeruitutē. Deinde qđ tam cito trāſlati: q̄a nō eiuſdē reatus eſt trāſferri ab aliquo difficulter, & cito tranſferri: ut in martyrio nō eadē pœna plectitur: q abſq;

collucłatione

a Et qui mecum ſunt omnes fratres eccleſijs galatiæ. Gra

b tiā uobis & pax a deo patre & domino noſtro ieſu

c chriſto. Qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris ut eripet nos de præſenti ſæculo malo, ſcd'm uoluntatē dei & patris noſtri: cui eſt gloria in ſæcula ſæculorū amen.

d Miror quod ſic tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiam chriſti ieſu in aliud euangelium qđ non eſt aliud: niſi ſi ſunt aliqui qui uos cōturbant: & uo

lunt cōuertere

a lunt conuertere euangelium chriſti. Sed licet nos aut
angelus de cœlo euangeliçet uobis præter q̃ qđ euan/
geliçauimus uobis: anathema ſit. Sicut prædiximus &
nunc iterum dico: ſi quis uobis euangeliçauerit præ/
b ter id quod accepiſtis: anathema ſit. Modo enim homi
nibus ſuadeo an deo: aut quæro hominibus placere.
Si adhuc hominibus placerem: chriſti ſeruus nõ eſſem.

E collučtatione & tormẽtis ſtatim proſiliuit ad negandũ: &
ille qui inter eculeos, fidiculas, igneſqꝫ diſtortus, compul
ſus eſt qđ credebat negare. Recens adhuc erat euangelij
prædicatio, nõ grande tẽpus in medio: quo galatas Apl's
ab idolis ad chriſtũ traduxerat. Miraꝛ itaqꝫ quõ tam cito
receſſerint ab eo: ad
cuius nomẽ dudũ fa/
cti fuerant chriſtiani.
Habet autẽ & locus
ipſe ὑπέρβατον, qđ ita
ſuo ordine legi põt.
Miror q̃ tã cito tráſſe
rimini a chriſto ieſu,
q uos uocauit in gra
Mar.2.c tia, dicẽs: Nõ ueni uo
care iuſtos ſed pecca/
tores ad pœnitentiã.
Gratia qppe ſalui fa/
cti ſum⁹, & nõ ꝑ legẽ.
Tráſlati autẽ, inqt, eſtis in aliud euãgeliũ: qđ nõ eſt aliud:
quia omne qđ falſum eſt non ſubſiſtit: & qđ ueritati cõ/
Heſter.14.c trarium eſt, non eſt: ut illud: Ne tradas domine ſceptrũ
tuum his qui nõ ſunt. Et ea quæ nõ erant uocauit deus:
ut faceret eſſe qđ non erat. Si autẽ hoc de his qui in eun/
dem credebant deũ & eaſdẽ ſcripturas habebant diciꝛ,
qđ tranſlati ſint in aliud euangeliũ, qđ non eſt euange/
lium: quid de Marcione & cæteris hæreticis, qui condito
rẽ reſpuunt: & alterius dei chriſtũ ſimulãt, æſtimare debe
mus? Qui nõ in interpretatiõe legis & literæ pugna uel
ſpiritus labũtur & corruũt: ſed de toto eccleſiæ iure diſ/
cordant. Pulchre aũt ait: Niſi ſi ſunt aliqui qui uos con/
turbant, & uolunt cõuertere euangelium chriſti. Volunt
inquit euãgeliũ chriſti mutare, cõuertere, turbare: ſed nõ
F ualent. Quia huius naturæ eſt, ut nõ poſſit aliud eſſe q̃
uerum eſt. Omnis qui euangeliũ alio interpretatur ſpi/
ritu & mente q̃ ſcriptum eſt: credentes turbat, & conuer/
tit euangeliũ chriſti: ut id qđ in facie eſt, poſt tergum fa/
ciat: & ea quæ poſt tergum ſunt, uertat in faciem. Si quis
tantũ literã ſequitur, poſteriora ponit in faciẽ. Si quis iu/
dæorũ interpretationib⁹ acquieſcit, poſt tergũ mittit ea
quæ ex natura ſua in faciẽ cõſtituta ſunt. Necnõ & illud
congrue, qđ tranſlationis uerbũ galatis coaptatum eſt.
γαλατία ẽm tráſlationẽ in noſtra lingua ſonat. a Sed
licet nos aut angelus de cęlo euangeliçet vobis pręter q̃ qđ
euãgeliçauimus vobis, anathema ſit ꝛc. Poteſt & hyperboli
ce dictũ accipi: non quo aut Apoſtolus aut angelus ali/
ter potuerint prædicare q̃ ſemel dixerant: ſed etiã ſi hoc
poſſet fieri ut & Apoſtoli & angeli mutarenꝛ: tamen nõ
eſſet ab eo qđ ſemel acceptũ fuerat recedendũ: maxime
cum ipſe Apl's in alio loco firmitatẽ fidei ſuæ oſtendat
Roma.8.g dicens: Scio quia neqꝫ mors, neqꝫ uita, neqꝫ angeli, neqꝫ
principatus, neqꝫ præſentia, neqꝫ futura, neqꝫ fortitudo,
neqꝫ altitudo, neqꝫ profundum, neqꝫ alia creatura pote/
rit nos ſepare a dilectione dei, quæ eſt in chriſto ieſu dño
Rom.9.a noſtro. Veritatem dico, nõ mentior, teſtimoniũ mihi per/
hibente conſcientia mea. Hæc quippe dicta nõ ſunt eius
qui poſſit a chriſti fide & dilectione aliquãdo diſcedere.
Qui autem nolunt ὑπερβολικῶς hoc dictũ eſſe, ſed uere:
qđ ſcilicet poſſint & apoſtoli & angeli ad peiora cõuerti:
illud opponũt qđ & ipſe Paulus ſcierit poſſe ſe labi ſi ſeg
Ibidẽ.d nius ageret dicens: Subijcio autem corpus meũ & in ſer/
uitutẽ redigo, ne alijs prædicãs ipſe reprobus inueniar.
Angelos quoqꝫ eſſe mutabiles q nõ ſeruauerint principatũ
ſuũ, ſed relinquẽtes ꝓpriũ domiciliũ, in iudicio magni
diei uinculis æternis ſub caligine reſeruanꝛ. Dei ſolius
Ps.101.d naturã eſſe imutabilẽ: de quo ſcribitur: Tu uero ipſe es.
Malach.3.b Et ipſe de ſe: Ego deus ueſter & non mutor. Cecidiſſe lu/
Eſa.14.c ciferũ qui mane oriebaꝛ: & eum qui mittebat quondã ad
omnes gentes, in terra eſſe contritũ. Eleganter in hoc lo/
co uir doctiſſimus Tertullianus aduerſus Apellẽ & eius
uirginẽ Philumenẽ, quã angelus quidã diabolici ſpirit⁹
& ꝑuerſus impleuerat: hunc eſſe ſcribit angelũ, cui mul/
to anteq̃ Apelles naſcereꝛ: ſpũſſancti uaticinio ſit anathe

ma per apoſtolũ prophetatũ. Porro ἀνάθεμα uerbũ pro/ G
prie iudæorũ eſt: & poſitũ tam in Ieſu naue q̃ in Nume/ Ioſue.6.c.7.
ris: quãdo omnia quæ erant in hiericho & madianitarũ, Num.21.a
deteſtationi & anathemati habẽda dñs imperauit. Inter/
rogemus eos, qui chriſtũ & apoſtolũ Paulũ, boni dei &
uſqꝫ ad illud tempus
ignorati, uel filiũ aſſe
rũt eſſe uel ſeruũ, qui
maledicere neſciat,
nec nouerit aliquẽ cõ
dẽnare: quõ nũc apl's
ei⁹ uerbo iudæorũ. i.
creatoris utatur: & pe
rire uel angelum uel
apoſtolũ uelit, cũ ipſe
nõ ſoleat ulciſci. Qđ
aũt addidit: ſicut præ
diximus, & nunc ite/
rũ dico: oſtendit ſe &
in principio hoc ipſum cauentem denunciaſſe anathe/
ma eis qui aliter prædicaturi erãt: & nunc poſtq̃ prædi/
catũ eſt, id anathema decernere qđ ante prædixerat. Pro
pterea autẽ & ſibi, quẽ aliud in iudæa facere: aliud doce/
rẽ in gentibus criminabanꝛ: & angelo quẽ maiorẽ etiam
præceſſoribus ſuis apoſtolis eſſe cõſtabat, anathema de/
nunciauit: ut nõ magna Petri & Ioannis putareꝛ auctori
tas: cũ nec ſibi liceret qui eos ante docuerat, nec angelo
aliter prædicare q̃ ſemel didicerant. Se itaqꝫ & angelum
nominatim poſuit: alios uero abſqꝫ nomine. Si quis inqt
uobis euangeliçauerit: ut in generali uocabulo, nec præ/
ceſſoribus faceret iniuriã: & tñ noĩa eorũ latẽter oſtende
ret. b Modo eñ hominibus ſuadeo an deo ꝛc. Non pu
H temus ab Aplo nos doceri, ut exemplo ſuo hominũ iudi
2.Cor.5.b cia contẽnamus, qui in alio loco dixerit: Scientes ergo ti/
morẽ dñi, hominibus ſuademus: deo autẽ manifeſti ſu/
mus: & illud: Sine offenſione eſtote iudæis & gentibus &
eccleſiæ dei: ſicut & ego omnibus ꝑ oĩa placeo, nõ quæ
rens qđ mihi utile eſt, ſed qđ multis, ut ſalueñ. Sed ſi fie
ri poteſt ut pariter deo & hominib⁹ placeamus: placen/
dum eſt & hominib⁹. Sin autẽ aliter nõ placemus homi/
nibus niſi deo diſpliceamus: deo magis q̃ hominib⁹ pla
cere debemus. Alioquin & ipſe infert, cur omnibus per
omnia placeat: Nõ quærẽs, inquiẽs, qđ mihi utile eſt: ſed
qđ multis ut ſalueñ. Qui autẽ ex ea charitate quæ nõ
quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ aliena, placet omnibus Phil.2.c
ut ſalueñ: utiqꝫ deo primũ placet, cui ſalus hominũ cu/
ræ eſt. Habet aũt & uerbũ qđ hic ſpecialiter additum eſt,
modo: uel placendũ eſſe pro tẽpore hominib⁹ uel diſpli
cendũ: ut qui modo nõ placet ꝓpter euãgelij ueritatem,
placuerit quondã ob ſalutẽ plurimorũ. Placerat Pau/
lus aliqñ iudæis, cum emulator exiſtẽs paternarũ tradi/
tionũ: ſine quærela ante in lege uerſatus eſt: & tantũ ha/
buit in maiorũ cerimonijs ardoris & fidei: ut in Stepha/
ni nece particeps fuerit: & Damaſcũ ꝓrexerit ad eos, q a
lege deſciuerant uinciẽdos. Sed poſtq̃ in uas electionis
de perſecutore tranſlatus eſt: & cœpit prædicare fidem
quã quondam expugnauerat: cœpit pariter diſplicere
iudæis quibus ante placuerat. Hoc eſt ergo qđ ait: Nun/
quid quæro iudæis placere: qbus diſplicẽdo deo placui.
Si eñ illis placerẽ, adhuc chriſti ſeruus nõ eſſem. Aſſere/
rem quippe legem & euangelij gratiam deſtruerẽ. Nunc
autem propterea ne in ſimulatione quidẽ obſeruãdæ le/
gis adducor: quia non quæro & deo placere pariter & iu
dæis: quib⁹ qcũqꝫ placet, deo diſplicet. Ipſum quoqꝫ uer/
bum, ſuadere, de humano uſu ſumptũ eſt: cum quis id
qđ ipſe habet & ſemel imbibit, etiam cæteris conatur in/
ſerere: & in plurimis ſcripturarũ locis legitur: ex quibus
illud eſt: Suaſio nõ eſt ex eo qui uocauit uos. Necnon & Act.19.b
in actibus apoſtolorũ: Venerunt ergo ad eum iudæi in 28.f.
hoſpitium multi: quibus exponebat, conteſtans eis re/
gnum dei, ſuadenſqꝫ eis de ieſu, ex lege Moyſi & prophe
tis uſqꝫ ad ueſperum. Hoc autem totum ideo: quia diſſe/
minatum de eo fuerat, occulte illum cuſtodire legem:

Notum eñ

& hieroſolymis

a Nôtum enim uobis facio fratres euangelium qđ euan
gelíçatum eſt a me:quia nō eſt ſcđm hominē: neq̧ em̄
ego ab homine accepi illud neq̧ didici: ſed per reuela
b tionem ieſu chriſti. Audiſtis enim cōuerſationem meā
aliquando in iudaiſmo:quoniam ſupra modum per
ſequebar eccleſiam dei,& expugnabam illam: & profi
ciebam in iudaiſmo, ſupra multos coætaneos meos in
genere meo:abundantius emulator exiſtens paterna
rum mearum traditionum.

Cum autem

A & hieroſolymis cū his qui iudaiçabāt cōſortiū miſcuiſſe.
a Notū em̄ vobis facio fratres euangeliū qđ euangeliça/
tū eſt a me:q2 nō eſt ſm hominē rc. Ex hoc loco Hebionis
& Photini dogma conterit: qđ de⁹ ſit chriſtus,& nō tan/
tū homo. Si em̄ euangeliū Pauli non eſt ſcđm hominem
neq̧ ab homine acce/
pit illud aut didicit:
ſed per reuelationē ie
ſu chriſti: nō eſt utiq̧
hō ieſuſ chriſt⁹ q Pau
lo euangelium reue/
lauit. Qđ ſi non eſt
homo, conſequenter
deus eſt. Nō quo ho/
minē negem⁹ aſſum/
ptum: ſed quo tantū
hominē renuamus.
Quæritur utrū toti⁹
orbiſ eccleſiæ dei acce
perint euangeliū an
hominis: Quot⁹ em̄
quiſq̧ noſtrū per re/
uelationē chriſti didicit:& nō homine prædicāte cogno/
2. Cor. 13.a uit: Ad qđ reſpōdebimus eos qui poſſint dicere: An ex/
perimentū ei⁹ quæritis qui in me loquit̄ chriſtus: Et, ui/
uo autē iam nō ego, uiuit autē in me chriſtus:nō tā ipſos
Ps. 81.b docere q̄ in ipſis deū qui ad ſanctos loquat̄:Ego dixi dij
eſtis,& filij excelſi omnes:& ſtatim de peccatoribus: Vos
autē ut homines moriemini:& tanq̄ unus de principib⁹
cadetis. Cū igitur Paulus loquit̄ & Petrus,qui nō moriū
tur ut hoīes: neq̧ ut unus de principibus corruūt: deos
eos eſſe manifeſtū eſt. Qui autē dij ſunt: tradūt dei euā/
geliū & non hominis. Marcion & Baſilides & cæteræ hæ/
reticorū peſtes,nō habeat dei euangeliū:quia nō habent
ſpiritūſanctum ſine quo humanum fit euangelium qđ
docetur. Nec putemus in uerbis ſcripturarum eſſe euā/
gelium: ſed in ſenſu. Non in ſuperficie,ſed in medulla.
B Non in ſermonū folijs: ſed in radice rationis. Dicitur in
Micheæ. 2.b ꝓpheta de deo: Sermones eius boni ſunt cum eo. Tunc
ſcriptura utilis eſt audientibus,cū abſq̧ chriſto nō dici/
tur:cum abſq̧ patre non profertur: cum ſine ſpiritu non
eā inſinuat ille qui prædicat. Alioquin & diabolus q lo/
Eçech. 13.c quit̄ de ſcripturis,& oēs hæreſes ſcđm Eçechiel inde ſibi
cōſuunt ceruicalia,quæ ponāt ſub cubito uniuerſæ æta/
tis. Ego quoq̧ ipſe qui loquor: ſi chriſtū in me habeo,nō
habeo euangeliū hominis:ſi autē peccator ſum: dicitur
Ps. 49.c mihi:Peccatori dixit deus:quare tu enarras iuſticias me
as;& aſſumis in labijs tuis teſtamentū meū: Tu autē odi/
ſti diſciplinā:& ꝓiециſti uerba mea poſt te: & cætera quæ
ſequunt̄. Grande periculū eſt in eccleſia loqui, ne forte
interpretatione ꝑuerſa,de euangelio chriſti,hominis fiat
euangeliū:aut qđ peius eſt diaboli. Inter accipe autē &
diſcere hoc inter eſt:qđ accipit euangeliū cui primū inſi/
nuat̄:& ad fidē eius adducit̄, ut credat uera eſſe quæ ſcri
pta ſunt. Diſcit autē is:qui ea quæ in illo per ænigmata &
parabolas figurata ſunt,explanata & diſſerta cognoſcit:
& cognoſcit nō homine reuelāte,ſed chriſto qui reuela/
uit Paulo: aut Paulo in quo loquit̄ chriſtus. Verbū q̊q̧
ipſum ἀποκαλύψεως, id eſt reuelationis, ꝓprie ſcriptura/
rum eſt:& a nullo ſapientiū ſæculi apud græcos uſurpa/
tum. Vnde mihi uident̄ queādmodū in alijs uerbis quæ
de hebræo in græcū Lxx. interpretes tranſtulerunt:ita &
in hoc magnoꝑe eſſe conatos: ut ꝓprietatē ꝑegrini ſermo
nis exprimerēt:noua nouis rebus uerba fingentes:& ſo/
nare,cum quid tectum & uelatū,ablato deſuꝑ operimē/
Exo. 33.b to oſtēdit̄ & ꝓfert̄ in lucē. Hoc ut manifeſti⁹ fiat:accipite
et. 34.g exēplū. Moyſes cū deo reuelata & apta facie loquebat̄,id
eſt abſq̧ uelamine:ad populū autē loquēs quia uultum
eius attendere non ualebant,uelamen ponebat in facie.
Num. 4.a Ante arcam quoq̧ teſtamēti uelum oppanſum erat: qđ
cum fuiſſet reductū:ea quæ ante abſcōdita fuerant ꝓde/
bant̄: & ut ipſo uerbo utar reuelabantur. Si itaq̧ hi qui
diſertos ſæculi legere conſueuerunt, cœperint nobis
de nouitate & uilitate ſermonis illudere: mittamus eos C
ad Ciceronis libros: qui de quæſtionibus philoſophiæ
prænotant̄:& uideant, quāta ibi neceſſitate compulſus
ſit,tanta uerborum portenta proferre,quæ nunq̧ latini
hominis auris audiuit:& hoc cum de græco quæ lingua
uicina eſt trāſferet in
noſtrā: Quid patiūt̄
illi q de hebræis diffi/
cultatibus ꝓprietates
exprimere conant̄:&
tn̄ mľto pauciora ſūt
in tātis uoluminibus
ſcripturaꝝ quæ noui
tatē ſonent,q̄ ea quæ
ille in paruo oꝑe con
geſſit. Poteſt autem
ſicut in principio di/
ximus,cum expone/
remus: Paulus apo/
ſtolus non ab homi/
nibus neq̧ per homi
nem: ita & in præſen/
ti loco oblique in Petrū accipi & in cæteros præceſſores
eius,qđ nullius pro lege auctoritate moueatur,qui chri
ſtum ſolum euangelij habeat præceptorem. Porro reue/
lationem illam ſignificat cum Damaſcum uadens,in iti/
nere chriſti uocem meruit audire: & cæcatis oculis,uerū
mundi lumen intuitus eſt. b Audiſtis enim conuerſa/
tionem meam aliquando in iudaiſmo:quoniam ſupra modū
perſequebar eccleſiam dei rc. Plurimum prodeſt Galatis
iſta narratio,quomodo Paulus uaſtator quōdam eccle/
ſiæ,& iudaiſmi acerrimus defenſator,ad chriſti fidem re/
pente conuerſus ſit. Et hoc eo tēpore quo crucifixus pri/
mum annūciabatur in mundo:quo nouum dogma & a
gentibus & a iudæis totius orbis finibus pellebatur. Di/ D
cere enim poterant:Si ille qui a parua ætate phariſæorū
inſtitutus eſt diſciplinis:qui omnes coætaneos ſuos in iu
daica traditione ſuperabat:nunc defendit eccleſiam quā
quondā ualidiſſime perſequebatur:& magis chriſti gra
tiam & nouitatem uult habere cum inuidia omnium,q̄
uetuſtatem legis cum laude multorum:quid nos facere
oportet,qui ex gentilitate eſſe cœpimus chriſtiani: Pul/
chre uero adiunxit:ſupra modum perſequebar eccleſiā
dei:ut hinc quoq̧ admiratio naſceretur, qđ non unuſ/
quiſq̧ de his qui leuiter perſequebant̄ eccleſiam: ſed ille
qui cæteros in perſecutione uincebat, conuerſus ad fidē
ſit. Et prudēter dum aliud narrat,interſerit non tam dei
ſe ſeruiſſe legi q̄ paternis, id eſt phariſæorum traditio/
nibus:qui docent doctrinas & mandata hominum: &
reijciunt legem dei,ut ſtatuant traditiones ſuas. Q2 pul/
chra aūt obſeruatio pōduſq̧ uerboꝝ. Audiſtis, inq̄t,cō/
uerſationē meā aliq̄n in iudaiſmo:cōuerſationē,nō gra/
tiā:aliq̄n,nō modo: in iudaiſmo,nō in lege dei: Qm̄ ſuꝑ
modū ꝑſequebar eccleſiā dei, & deuaſtabā illā. Non ꝑſe/
quebatur ut cæteri,ſed ſupra modum. Nec ſufficiebat
quāuis uehemens perſecutio:ſed quaſi quidam graſſa/
tor, eccleſiam & prædo uaſtabat. Nec ait eccleſiā chriſti,
ut tūc putabat, quem ducebat cotēptui, quē perſequē/
batur,ſed ut nunc credit, eccleſiam dei: uel ipſum chri/
ſtum deum eſſe ſignificans: uel eiuſdem dei eſſe eccleſiā
qui quondam legis dator fuit. Et proficiebam,inquit,in
iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo:
abundantius emulator exiſtens paternarum mearum
traditionum. Rurſum profectū nō legis dei,ſed iudaiſmi
uocat. Nec ſuper omnes,ſed ſuper plurimos: nec ſuper
ſenes, ſed ſuper coætaneos:ut & ſtudium ſuum referret
in lege,& iactantiam declinaret. Paternas autem traditio
nes,non domini mandata cōmemorans,& ſe phariſæū
ex phariſæis indicauit: & habuiſſe quidem çelum dei,
ſed non ſcđm ſcientiam. Vſq̧ hodie autem qui iudaico
ſenſu ſcripturas intelligunt,perſequūtur eccleſiam chri/
ſti,& populantur illam:non ſtudio legis dei,ſed traditio/
nibus hominum deprauati.

a Cũm autem placuit ei qui me ſegregauit de utero ma-
tris meæ: & uocauit per gratiam ſuam ut reuelaret filiũ
b ſuum in me, ut euangeliçem illum in gentibus. Cõti-
c nuo non acquieui carni & ſanguini. Neq; ueni hieroſo
d lymã ad anteceſſores meos apoſtolos. Sed abij in ara-
biam: & iterum reuerſus ſum damaſcum.

Deinde poſt

E a Cum autem placuit ei qui me ſegregauit de utero ma/
tris meę &c. Non ſolũ in hoc loco: ſed ad rhomanos Pau/
Hiere. 1. b lus ſegregatum in euangeliũ dei eſſe ſe ſcribit: Et Hiere/
mias antequã formaret in utero, & conciperetur in uul/
ua matris ſuæ, notus deo ſanctificatuſq; phibetur: Et ex
iuſti, ſiue ut quidam
putant, ex ſaluatoris
Ps. 21. b perſona dicitur: In te
piect⁹ ſum ex uulua:
ex utero matris meæ
deus meus es tu. Ecõ
tra de peccatoribus
dauid canit: Ecce em̃
Ibidẽ. 50. in iniquitatibus con/
ceptus ſum: & in de/
lictis concepit me ma
ter mea. Et in alio lo/
Ps. 57. a co: Abalienati ſũt pec
catores a uulua, Et in utrãq; partẽ anteq; paruuli naſce/
rentur: Deus Iacob dilexit: Eſau autẽ odio habuit. Inue/
niunt locũ hæretici: qui diuerſas naturas eſſe prætendũt,
ſpiritualem uidelicet & animalẽ, & χοϊκὴν: & aliam ſal/
uari, aliã perire, aliam in utrãq; conſiſtere: qđ nunq; aut
iuſtus eligeretur antequã aliquid boni faceret: aut pecca
tor odiretur ante delictum: niſi eſſet pereuntiũ & ſaluan/
dorum natura diuerſa. Ad qđ poteſt ſimpliciter reſpon/
deri: hoc ex dei præſcientia euenire: ut quem ſcit iu/
ſtum futurum, prius diligat q; oriatur ex utero: & quẽ
peccatorem, oderit anteq; peccet: non quo & in amore
& in odio iniquitas dei ſit: ſed quo non aliter eos habere
debeat: quos ſcit uel peccatores futuros eſſe uel iuſtos:
nos ut homines tantũ de præſentib⁹ iudicare: illũ cui fu/
tura iam facta ſunt, de fine rerum non de exordijs ferre
ſentẽtiam. Et hæc quidem ſimplicius dicta ſunt: & abſq;
F altiori diſſertione poſſunt utcũq; placere lectori. Cæterũ
qui iniuſtum deum nituntur aſſerere: poſt illud qđ du/
dum poſuimus, abalienati ſunt peccatores a uulua: infe/
runt etiam cætera quæ ſequũtur: Errauerunt ab utero: lo
cuti ſunt falſa: Et dicũt, quomodo ſtatim ab utero erraue
runt peccatores, & falſa locuti ſunt: qui nec ſermonẽ po/
tuerunt habere nec ſenſum? Aut quæ eſt iſta iuſticia præ
ſcientiæ dei: alium amare & cuſtodire priuſq; naſcatur:
aliũ deteſtari? Et cauſas huius rei ad priorem uitam refe/
runt, qđ unuſquiſq; pro merito ſuo, a primo ſtatim ortu
aut bonis aut malis angelis aſſignetur. Totũq; illum lo/
cum de Iacob & Eſau, cuius nunc fecimus mentionẽ: ita
Rom. 9. a ad rhomanos ſcriptum uentilant: ut non abſq; ſudore &
Chryſippi eis poſſit helleboro reſpõderi. Nõ eſt aũt ipſũ,
reuelaret filiũ ſuũ in me, qđ ſi diceret, reuelaret filiũ ſuũ
mihi. Cui em̃ quid reuelatur: huic illud poteſt reuelari,
qđ ante in eo nõ erat. In quo uero reuelatur: illud reuela
tur qđ prius fuit in eo, & poſtea reuelatũ eſt. Simile eſt
Ioh. 1. d illud in euangelio: Medius in uobis ſtat quẽ uos neſcitis.
Et alibi: Erat lux uera quæ illuminat omnẽ hominẽ ue/
nientem in mundũ. Ex quo perſpicuũ fit, natura omni/
bus dei ineſſe noticiam, nec quẽq; ſine chriſto naſci: & nõ
habere ſemina in ſe ſapiẽtiæ & iuſticiæ, reliquarũq; uirtu
tum. Vnde multi abſq; fide & euangelio chriſti: uel ſapiẽ
ter faciunt aliqua uel ſancte, ut parentibus obſequãtur,
ut inopi manum porrigant, nõ opprimant uicinos: non
aliena diripiant: magiſq; iudicio dei obnoxij fiant qđ ha/
bentes in ſe principia uirtutum & dei ſemina, nõ credũt
in eo ſine quo eſſe non poſſunt. Poteſt & aliter accipi in
Paulo dei filius reuelatus, qđ prædicante illo agnitus ſit
gentib⁹, quẽ antea neſciebãt. b Continuo nõ acquieui
carni & ſanguini: Siue ut in græco melius habet: Non cõtu
li cũ carne & ſanguine. Scio plæroſq; de apoſtolis hoc di/
ctum arbitrari. Nam & Porphyrius obijcit, qđ poſt reue/
lationẽ chriſti nõ fuerit dignat⁹ ire ad homines, & cũ eis
conferre ſermonẽ: ne poſt doctrinã uidelicet dei a carne
& ſanguine inſtrueret. Sed abſit ut ego Petrũ, Ioannem &
Iacobũ carnẽ & ſanguinẽ putẽ: quæ regnũ dei poſſidere
nõ poſſunt. Si ſpũales apl̃i, caro & ſanguis ſunt, quid de
χοϊκοὺς arbitramur? Non cõtulit plane paulus poſt reue G
lationẽ chriſti cũ carne & ſanguine, qa noluit margaritas
pijcere ante porcos: nec dare ſanctũ canibus. Vide qd de
peccatorib⁹ ſcriptũ ſit: Non pmanebit ſpũs me⁹ in homi
nibus iſtis, qa caro ſunt. Cũ talib⁹ q caro & ſanguis erãt,
quæ petro q; nõ re/
uelauerũt filiũ dei, nõ
cõtulit Apl̃us euãge/
liũ qđ ei fuerat reue/
latũ: ſed paulatim eos
de carne & ſanguine
uertit in ſpiritũ: & tũc
demũ eis occulta euã
gelij ſacramẽta cõmi/
ſit. Dicat quiſpiã: Si
ſtatim nõ contulit cũ
carne & ſanguie euã/
geliũ: tñ ſubintelligiẽ
qđ poſtmodũ cum ſanguine & carne cõtulerit: & ſenſus
hic quo apl̃i excuſanẽ ne caro & ſanguis ſint, ſtare nõ po
terit: dũ nihilominus qui in principio cũ carne & ſangui
ne nõ cõtulit, poſtmodũ ut dixi cũ ſanguine & carne con
tulerit. Quæ ppoſitio nos coartat ut ſic diſtinguamus,
ne ſtatim ſiue cõtinuo, cũ carne iungamus & ſanguine:
ſed cũ ſupioribus hærere faciamus: & legaẽ: Cũ autẽ pla
cuit ei q me ſegregauit de utero matris meæ: Ac deinde:
Vt reuelaret filiũ ſuũ in me: Et ad extremũ: Vt euangeli/
çarẽ illũ in gentibus cõtinuo: ut a proprio incipiat exor/
dio: Non contuli cũ carne & ſanguine: magiſq; arbitran/
dũ eſt ſic ſtare ſenſum: quia qui ſtatim miſſus ſit poſt re/
uelationẽ chriſti, euangeliũ gentibus annũciare non ſte/
terit: nec moris quibuſdã tẽpus pduxerit eundo ad apo
ſtolos, & reuelationẽ dñi cum hominib⁹ conferẽdo: ſed
abierit in Arabiã: & rurſus reuerſus Damaſcũ, poſt tres H
annos euangeliũ prædicauerit: & tunc demũ hieroſoly/
mã ueniẽs, petrũ, Ioannẽ & Iacobũ uiderit. c Neq; ue
ni hieroſolymã ad anteceſſores meos apoſtolos. Si de apl̃is
dixerat, nõ contuli cũ carne & ſanguine: quid neceſſe fue
ras idipſum iterare dicentẽ: neq; ueni hieroſolymã ad an
teceſſores meoſ apoſtolos? Is itaq; ſenſus tenẽdus quẽ ſu
pra expoſuimus. d Sed abij in arabiã & iterũ reuerſus
ſum damaſcũ. Non ſibi uideẽ hiſtoriæ ordo concinere: re/
ferente Luca in actibus apoſtolorũ: qđ cum paulus poſt Act. 9. a
fidẽ chriſti per dies multos euangeliũ Damaſci loquere/
tur audenter: factæ fuerint ei inſidiæ, & in ſporta per mu/
rũ nocte dimiſſus ſit: & uenerit hieroſolymã tentãs ſe iun
gere diſcipulis. A quibus cum uitareẽ & timerent ad eũ
accedere, a Barnaba ad apoſtolos illum eſſe perductũ: &
ibi narraſſe quõ dñm uiderit in itinere: & Damaſci fidu/
cialiter egerit in nomine ieſu. Erat, inquit, cũ illis intrans
& exiens in hieruſalẽ, fiducialiter agens in noĩe dñi. Lo/
quebaẽ quoq; & diſputabat cum græcis: illi autẽ quære/
bãt occidere eũ. Qđ cum cognouiſſent fratres, deduxe/
runt eum cæſareã: & dimiſerunt tharſum. Hic autẽ dicit
ſe primũ iſſe in arabiã: & iterũ reuerſum damaſcũ: poſt
trienniũ ueniſſe hieroſolymã, uidiſſe Petrũ: & cũ eo man
ſiſſe diebus quindecim, nec præter Iacobũ fratrẽ dñi al/
terum conueniſſe. Quæ ut uera credanẽ (dubia quippe
uideri abſentib⁹ poterãt) ſub teſtatione confirmat dicẽs:
Quæ autẽ dico uobis: ecce corã deo quia non mentior.
Poſſumus igitur æſtimare iſſe quidẽ Paulum ſcđm Lu/
cæ hiſtoriã hieroſolymã: non quaſi ad anteceſſores apo/
ſtolos ut aliquid ab illis diſceret: ſed ut perſecutionis im/
petum declinaret: qui ſibi damaſci, propter euangelium
chriſti fuerat concitatus: & ſic ueniſſe hieroſolymã quaſi
ad quãcũq; aliam ciuitatẽ. Inde eũ ſtatim pter inſidias
receſſiſſe, & ueniſſe arabiam ſiue damaſcũ: atq; inde poſt
trienniũ ad uidẽdũ Petrũ hieroſolymã reuertiſſe. Vel cer
te ita. Statim ut baptiçatus ſit: & accepto cibo confortat⁹,
fuiſſe eũ cũ diſcipulis qui erant damaſci p dies aliquot:
& ſtupentibus cunctis in ſynagogis iudæorum, prædi/
caſſe cõtinuo qđ ieſus eſſet filius dei. Et tũc iſſe in arabiã:
& de arabia damaſcũ reuertiſſe: & ibi feciſſe triennium:

quos dies

a Deinde poſt annos tres, ueni hieroſolymam uidere Pe
b trum. Et manſi apud eum dieb⁹ quindecim. Aliū au
c tem apoſtolorū uidi neminem, niſi Iacobum fratrem
d domini. Quæ autem ſcribo uobis; ecce coram deo, quia
e non mentior. Deinde ueni in patres Syriæ & Ciliciæ.

Eram autem

A quos dies multos ſcriptura teſtatur dicens: Cum imple
rentur autē dies multi, conſilium fecerunt iudæi ut eum
interficerent. Notæ autē factæ ſunt Saulo inſidiæ eorū: &
cuſtodiebant portas die ac nocte ut eum interficerēt. Ac
cipientes ergo diſcipuli eius nocte, per murū dimiſerunt
eum ſubmittentes in
ſporta. Cum autem
ueniſſet Hieruſalem,
tentabat iungere ſe di
ſcipulis. Lucā ꝟo id/
circo de Arabia præ/
teriſſe: quia forſitan
nihil dignum apoſto
latu in Arabia perpe/
trarat: & ea poti⁹ com
pendioſa narratione
dixiſſe, quæ digna Chriſti euangelio uidebanᷣ. Nec hoc
ſegnitie apoſtoli deputandū, ſi fruſtra in Arabia fuerit:
ſed quo aliqua diſpenſatio & dei præceptum fuerit ut ta
Act.16.a ceret. Nam & poſtea legimus Paulum cū Sila egreſſum,
ꝓhibitū eſſe a ſpūſancto uerbum in Aſia loqui. Aliter:
Sed abiȷ̄ in Arabiam: & iterū reuerſus ſum Damaſcum.
Quid mihi prodeſt iſta relatio: ſi legam ꝙ Paulus poſt
reuelationē Chriſti ſtatim ierit in Arabiam: & de Arabia
ſtatim Damaſcū fuerit reuerſus: nec ſciā qd ibi geſſerit,
quidue utilitatis habuerit itus ac reditus? Dat mihi oc/
caſionem altioris intelligētiæ, in hac eadem epiſtola ipſe
apoſtolus cū de Abrahā, Agar, & Sara diſputans: Quæ
quidē ſunt (inquit) per Allegoriam dicta. Hæc em̄ ſunt
duo teſtamenta: unum quidē a monte Sina in ſeruitutē
generās, quæ eſt Agar. Sina em̄ mons eſt in Arabia, qui
iunctus eſt ei quæ nunc eſt Hieruſalem. Et docet uetus
teſtamentū, hoc eſt, ancillæ filium: in Arabia (quæ inter/
pretatur humilis & occidua) cōſtitutum. Statim itaq; ut
credidit Paulus: ad legē, ad ꝓphetas, ad ueteris teſtamēti
iam in occiduo poſiti ſacramēta conuerſus, quæſiuit in
B eis Chriſtum, quē iuſſus fuerat in gētibus prædicare: &
repto illo non eſt ibi diutius cōmoratus, ſed reuerſus eſt
Damaſcū, hoc eſt, ad ſanguinē & ad paſſionē Chriſti: &
inde prophetica lectione firmatus pergit hieroſolymā,
locū uiſionis & pacis: nō tam diſciturus aliquid ab apo/
ſtolis, q̄ cum eis euangelium qđ docuerat collaturus.
a Deinde poſt annos tres/ veni hieroſolymam videre pe/
trum. Non ut oculos, genas, uultūq; eius aſpiceret: utrū
macilentus, an pinguis, adunco naſo eſſet, an recto: &
utrum frontē ueſtiret coma: an (ut Clemens in Periodis
eius refert) caluiciem haberet in capite. Nec puto apoſto
licæ fuiſſe grauitatis: ut poſt tantā trienniȷ̄ præparationē,
aliquid humanū in Petro uoluerit aſpicere. Sed his ocu/
lis aſpexit eum, quibus & modo in epiſtolis ſuis uideᷣ.
His oculis Paulus uidit Cephan, quib⁹ nunc a pruden
tibus quibuſq; Paulus ipſe cōſpicitur. Quod ſi cui non
uidetur, cum ſuperiori ſenſu iungat hæc omnia: ꝙ nihil
ſibi apoſtoli cōtulerint. Nam & ꝙ uiſus ſit ire hieroſoly/
mam, ad hoc iſſe ut uideret apoſtolum: nō diſcendi ſtu/
dio, qui & ipſe eundē prædicationis haberet auctorē, ſed
honoris priori apoſtolo deferendi. b Et manſi apud
eum diebus quindecim. Non grandi indiguit magiſterio,
qui tanto ſe ad uidendum Petrū tempore præparauit. Et
licet quibuſdā ſuperfluum uideaᷣ, numeros quoq; qui
in ſcripturis ſunt obſeruare: tamē nō ab re arbitror quin
decim dies, quibus apud Petrū Paulus habitauit, plenā
ſignificare ſcientiā, conſūmatāq; doctrinā. Siquidē quin
decim ſunt carmina in pſalterio: & quindecim gradus ꝑ
quos ad canendū deo, & in atriȷ̄s eius cōſiſtendū iuſtus
Eſa.38.b aſcendit. Eçechias quoq; quindecim annorū ſpacio ſibi
ad uitam dato, ſignū accipere mereᷣ in gradib⁹: & ſolen/
nitates dei a quintodecimo die incipiunt. Necnon (quia
duplicem intelligentiā ſequimur) propterea quindecim
ponit dies: ut oſtendat nō fuiſſe grande tempus, quo po
tuerit aliquid a Petro diſcere: ut ad illum ſenſum a quo
cœpit cuncta referanᷣ, ſe nō ab homine doctum eſſe, ſed
a deo. c Alium autē apoſtolorū vidi nemīnē/ niſi iacobū

fratrē domini. Memini me dum Rhomæ eſſem, impulſu C
fratrū librū de ſanctæ Mariæ uirginitate ædidiſſe perpe/
tua. In quo mihi neceſſe fuit de his qui fratres domini
dicti ſunt, diutius diſputare. Vnde qualiacunq; ſunt illa
quæ ſcripſimus, his cōtenti eſſe debem⁹. Nunc hoc ſuffi/
ciat: ut propter egre/
gios mores, & incom
parabilem fidem ſa/
pientiamq; non me/
diam, frater dictus ſit
domini. Et ꝙ primus
ei eccleſiæ præfuerit:
quæ prima in chriſtū
credēs ex iudæis fue/
rat cōgregata. Dicun
tur quidem & cæteri
apoſtoli fratres domini, ſicut in euangelio: Vade dic fra/ Iob.20.d
tribus meis: uado ad patrē meū, & ad patrē ueſtrū: & ad
deum meum, & ad deum ueſtrū. Et in pſalmo: Narrabo Pſ.21.e
nomen tuū fratribus meis: in medio eccleſiæ cantabo te.
Sed præcipue hic frater dicitur: cui filios matris ſuæ ad
patrē uadēs dn̄s cōmendauerat. Et quō Iob & cæteri pa
triarchæ, dicti ſunt quidē famuli dei: ſed quaſi egregium
quiddam Moyſes habuit: ut ſcribereᷣ de eo, Sed nō ſicut
Moyſes famulus meus: ſic & beatus Iacobus ſpecialiter Heb.3.a
frater domini (ut ante diximus) appellatus eſt. Qꝫ autē
exceptis duodecim quidā uocenᷣ apoſtoli, illud in cau/
ſa eſt: omnes qui dn̄m uiderant, & eum poſtea prædica/
bant, fuiſſe apoſtolos appellatos: ut ad Corinthios ſcri/ 1.Cor.15.a
bitur: Quia uiſus eſt poſt hæc illis undecim: deinde ui/
ſus eſt pluſq; quingentis fratribus ſimul: ex quib⁹ mul/
ti manent uſq; adhuc: quidam autē dormierunt: deinde
uiſus eſt Iacobo, deinde apoſtolis omnib⁹. Paulatim ꝟo
tempore procedente, & aliȷ̄ ab his quos dn̄s elegerat, or/
dinati ſunt apoſtoli: ſicut ille ad Philippenſes ſermo de/ Phil.2.d
clarat dicēs: Neceſſariū autē exiſtimaui Epaphroditum
fratrem, cooperatorē & cōmilitonē meum: ueſtrū autem D
apoſtolum, & miniſtrū neceſſitatis meæ mittere ad uos.
Et ad Corinthios de talib⁹ ſcribiᷣ, Siue apoſtoli eccleſia/ 2.Cor.8.d
rum in gloria dei. Silas quoq; & Iudas ab apoſtolis, apo
ſtoli nominati ſunt. Vnde uæhementer errauit, qui arbi/
tratus eſt Iacobum hunc de euangelio eſſe apoſtolum
fratrē Ioannis: quē conſtat poſt Stephanū iuxta fidem
actuum apoſtolorū ſanguinem fudiſſe pro Chriſto. Hic
autē Iacobus epiſcopus hieroſolymorū primus fuit, co/
gnomento iuſtus: uir tantæ ſanctitatis & rumoris in po/
pulo, ut fimbriam ueſtimenti eius certatim cuperent at/
tingere. Qui & ipſe poſtea de templo a iudæis præcipita
tus, ſucceſſorē habuit Symeonē: quem & ipſum tradunt
pro domino crucifixū. Negat ſe itaq; præter hos quemq;
apoſtolorū cōueniſſe, ne occulta cōtradictio naſceretur:
etiā ſi a Petro nō es doctus, alios habuiſti apoſtolos præ/
ceptores. Non uidit autē eos: non quo cōtemptui duce/
ret, ſed ꝙ illi ad euangelium prædicandum toto fuerant
orbe diſperſi. d Quę autē ſcribo vobis: ecce corā deo/
quia non mentior. Siue ſimpliciter accipiendū: ut ſit: quæ
ſcribo uobis, uera ſunt: & deo teſte confirmo, quia nulla
arte uerborū, nullo ſunt fucata mēdacio. Siue altius: ut
legatur: quæ ſcribo uobis, coram deo ſunt: id eſt, dei di/
gna cōſpectu. Quare autem dei digna cōſpectu? Quia
ſcilicet non mentior. Et quō oculi domini ſuper iuſtos:
auertit autem faciem ſuam a cōſpectu impiorū: ita nunc
ea quæ ſcribunᷣ, coram domino ſunt: me nō mentiente
qui ſcribo: quæ nō eſſent corā domino, ſi mentirer. Hoc
autem non ſolum de his quæ nunc ſcribit ad Galatas
poteſt accipi: ſed & generaliter de omnibus epiſtolis:
quia non ſunt falſa quæ ſcribat: & cor eius uerbaq; non
diſcrepent. e Deinde veni in partes ſyrię et cilicię. Poſt
hieroſolymæ uiſionem, uenit ad Syriam, quæ nobiſcum
dicitur excelſa atq; ſublimis. Et inde tranſiȷ̄t ad Ciliciam
quam in fide Chriſti cupiebat aſſumere: euangeliçans
ei uocationem pœnitentiæ. Cilicia quippe interpretatur
aſſumptio, ſiue uocatio lamentabilis.

a Erām autem ignotus facie ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo Iesu. Tm̄ autē auditū habebant: qm̄ qui persequebat' nos aliqn̄, nunc euāgeliçat fidem quā quondā expugnabat: & in me glorificabant deum. ¶ Ca. II

b DEinde pōst annos q̄tuordecim rursum ascēdi hierosolymā cū Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem scd'm reuelationem: & cōtuli cum eis euangelium qd' prædico in gentibus: seorsum autem his qui uidebantur: ne forte in uacuū currerem, c aut cucurrissem. Sed neq; Titus qui mecū erat, cū esset ex gentib9, compulsus est circumcidi. Propter subintroductos autē falsos fratres qui subintroierūt explorare libertatē nostrā quā habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutē redigerēt: quibus neq; ad horam cessimus subiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos.

Ab his autē

E a ¶ Eram aūt ignotus facie ecclesijs iudeæ &c. Ecclesiæ quæ erant in Iudæa, Paulum tm̄ rumore cognouerāt. Ex quibus plærisq; eum magis persecutorē, q̄ apostolum uiderant. Syria n̄o & partes Ciliciæ, Arabia, & Damascus: ex uultu quoq; eum forsitan nouerant: quia doctor gentiū euangeliū Christi nō iudæis, sed gentibus prædicabat. Totum autē qd' ait, illud est: ut doceat se nunq̄ de persecutore apud eos ipsos q̄s pri9 psecutus fuerat potuisse existere gloriosum: nisi prædicatio eius, corū q̄q; qui an̄ eum male nouerant, esset iudicio cōprobata. Et ad propositū occulte redit: tam breue tempus se in Iudæa fecisse confirmans: ut etiā uultu credentib9 esset ignotus. Ex quo ostendit, non Petrum, nō Iacobum, non Ioannem se habuisse doctores, sed christum qui sibi euangeliū reuelasset. Simul autē notandū qd' supra dicatur ecclesiam expugnasse, hic fidem: ibi homines, hic rem: ut nunc opportunius inferretur: Euangeliçat fidem quam aliquādo expugnabat.

F De ecclesia enim similiter sonare nō poterant. ¶ Ca. II

DEinde post annos quatuordecim &c. et contuli cum eis euangelium qd prędico in gentibus &c. Id qd' supra latinus interpres, acquieui dixerat, in eo loco ubi scriptum est: Continuo non acquieui carni & sanguini: in præsenti loco, contuli, magis q̄ acquieui, interpretatus est. Et ut uerius dicam, sermo græcus ἀνεθέμην, aliud quiddā q̄ apud nos intelligit': cum scilicet ea quæ nouimus, cōferimus cum amico: & quasi in sinum eius & cōscientiam reponimus: ut pari consilio uel probanda sint, uel improbanda quæ nouim9. Ascendit igitur post quatuordecim annos hierosolymā: & qui prius tm̄ ad uidendū perrexerat Petrū: & diebus quindecim manserat apud eum: nunc se dicit ideo perrexisse ut cōferret cum apostolis euangeliū, assumpto Barnaba circumciso: & Tito ex gentibus habēte præputiū: ut sub ore duorū & trium testium, staret omne uerbum. Aliud est autē conferre, aliud discere. Inter cōferētes æqualitas est: inter docentem & discentē, minor est ille qui discit. In principio fidei in transitu apostolos uidet. Post annos (ut ipse ait) decem & septem, plene cum eis loquitur, & se humiliat: & ne forte inuacuū aut curreret, aūt cucurrisset, inquirit. Duplicē ob causam, quo & humilitas ostenderetur Pauli, qui doctor in toto orbe iam gentium, ad præcessores apostolos cucurrisset: & Galatæ discerēt nō reprobasse euangelium eius: eos quoq; qui in Iudæa ecclesijs præsidebant. Simul autē & illud docet, quod pro Christi fide & euangelij libertate, ad eos ipsos qui de eo plura cognouerant, q' legē infringeret, Moysen destrueret, circūcisionē penitus auferret: ausus sit ducere Titum hominē incircumcisum. Et inter tantam multitudinem iudæorū & inimicos suos, qui quasi ob çelum legis sanguinem eius haurire cupiebant: nec ipse, nec Titus aliquo sint terrore superati necessitati cedere. Quæ potuit habere ueniam, uel pro loco, uel p auctoritate maiorū, uel pro numero ecclesiarū, quæ de iudæis in Christo credebant: uel pro tempore, ne tantam simul inuidiam sustinerent. Quidam post quatuordecim annos eum hierosolymam ascendisse tunc dicunt: quando in actibus

G apostolorū de quæstionibus obseruandæ, uel prætermittendæ legis inter credentes Antiochiæ orta dissensio est: & placuit ire hierosolymam: & sententiā maiorū præstolari; quando ipse quoq; Paulus & Barnabas missi sunt: & hoc esse qd' in codicibus legatur latinis: quib9 ad horam cessim9 subiectioni, ut ueritas euangelij pseueraret apud uos. Qd' scilicet propterea Paulus & Barnabas de re manifesta, q̄si dubia se mitti passi sunt hierosolymam: ut maiorum quoq; iudicio euangelij gratia confirmata, credentib9 probaretur: & nulli resideret ultra dubitatio circumcisionis omissæ: cum apostolorū esset literis imperatum: iugum legis ab his qui in Christum crediderant ex gentibus, auferendum. Potest autem hoc qd' ait: Contuli cū eis euangeliū, quod prædico in gentibus: seorsum autem his qui uidebantur: ne forte in uacuum currerem, uel cucurrissem: & sic intelligi, ut abscondite cum apostolis gratiam euangelicæ libertatis, & legis abolitæ uetustatem contulerit propter

H multitudinē credentiū iudæorū: qui necdum poterant Christum adimpletionē & finem legis audire: qui & absente Paulo hierosolymæ iactitauerant, frustra eum currere aut cucurrisse, qui putaret legem ueterē nō sequendam. Non quo Paulus timuerit, ne per decem & septem annos falsum in gentibus euangelium prædicasset: sed ut ostenderet precessorib9 suis, non se in uacuū currere aut cucurrisse, sicut putauerant ignorantes. c ¶ Sed neq; Titus qui mecū erat cū esset ex gentibus / cōpulsus est circumcidi &c. Si Titus cum esset ex gentib9, nullo potuit terrore cōpelli: ut circūcideret' hierosolymis in Iudæorū metropoli ciuitate, in qua tanta Paulus blasphemiæ in Moysen flagrabat inuidia: ut postea pene a iudæis interfectus sit, quādo a tribuno liberat': & Rhomam uinctus, ad Cæsarē mittitur: quomō quidā putant legendū esse, quibus ad horam cessimus subiectioni, ut ueritas euangelij permaneat apud uos? Et intelligendū q' Titus ipse qui compelli ante non potuit, ad circumcisionē rursum circumcisus sit, atq; subiectus? Aut quæ est ista ueritas euangelij, hypocrisi cedere iudæorū: & ea quæ prius scybala æstimaueris: & quasi damna cōtempseris obseruare: & esse aliquid æstimare cū nihil sint? Sed & ipsius epistolæ sensui ualde repugnat, Galatas ad circumcisionē reuocare. Hoc toto sermonis sui textu agit: ut doceat se hebræum ex hebræis, omnia quondam legis opera seruantem, circumcisum octaua die scd'm legē pharisæorū: nihilomin9 tamē ob Christi gratiā uniuersa cōtemnere. Nam cū isset hierosolymā: & falsi fratres qui ex circūcisione crediderant, eum uellent impellere, ut circūcideret Titū: nec Titū, nec se cessisse uiolentiæ: q̊ min9 custodirēt euāgelij ueritatē. Q; si dicit se necessitate superatū ut circūcideret Titū: quō Galatas reuocat a circūcisione a qua nec Titum qui secū fuerat ex gētib9, hierosolymis potuit excusare? Itaq; aut iuxta græcos codices est legēdū: quibus neq; ad horā cessim9 subiectioni: ut cōsequēter possit intelligi: ut ueritas euāgelij permaneat apud uos. Aut si latini exēplaris alicui fides placet, scd'm superiorē sensum accipere debem9: ut ad horā cessio nō circūcidendi Titi, sed eundi hierosolymam fuerit. Quo scilicet idcirco

subiectioni

a Ab his autem qui uidebantur eſſe aliquid quales ali-
quando fuerint, nihil mea intereſt: Deus perſonam ho
b minis non accipit. Mihi em̄ q̇ui uidebant̃, nihil contu-
c lerunt. Sed cōtrá cū uidiſſent qđ creditū eſt mihi euan-
geliū præputij, ſicut Petro circūciſionis. Qui em̄ opera-
tus eſt Petro in apoſtolatu circumciſionis: operatus eſt
& mihi inter gētes. Et cū cognouiſſent gratiā quæ data
eſt mihi, Petrus & Iacobus, & Ioannes, qui uidebantur
columnæ eſſe: dextras dederunt mihi & Barnabæ ſo-
cietatis: ut nos in gentes, ipſi autem in circumciſionem.

A ſubiectioni ceſſerint Paulus & Barnabas eundi hieroſo/
lymam, ſeditione ob legē Antiochiæ cōcitata: ut ꝑ epiſto/
lam apl̄orū, ſua ſentētia firmaret̃: & maneret apud Gala/
tas euangelij ueritas: quæ nō eſſet in litera, ſed in ſpiritu:
non in carnali ſenſu, ſed in intelligentia ſpirituali: nec in
manifeſto iudaiſmo,
ſed in occulto. Scien/
dum ꝟo ꝙ, autē, con/
iunctio quæ in præ/
ſenti loco ponit̃: Pro/
pter ſubintroductos
autē falſos fratres, ſu/
perflua ſit: & ſi legat̃,
nō habet quod ei re/
ſpondeat illamqꝫ con
cludat: ſed eſſe ordi/
nem lectionis & ſen/
ſus: Sed neqꝫ Titus ꝗ
mecū erat, cū eſſet ex
gentibꝰ, cōpulſus eſt
circumcidi. Statimqꝫ
ſubiungat quæ cau/
ſa fuerit, ut ad circūci
ſionem impelleret̃ inuitus: Propter ſubintroductos, in/
quit, falſos fratres, qui ſubintroierūt explorare libertatē
noſtrā quā habemus in Chriſto Ieſu: ut nos in ſeruitutē
redigerēt. Qui cū minis terrerēt, & multitudine uellent
nos a libertate Chriſti in legis traducere ſeruitutem: ne
ad tempus quidē eis ceſſimus, ut circūciderēmꝰ Titum:
Maxime cum & aliqua ob eccleſiaſticam pacē potuerit
nos neceſſitas excuſare: & hoc totum fecimus, ut uobis
nulla fieret occaſio ab euangelij gratia recedendi. Si igit̃
nos hieroſolymis inter tantos iudæos imminētibꝰ hinc/
inde falſis fratribus, & his qui maiores erant aliqua ex
parte cohibentibus, nulla potuimus ui ac ratione com/
B pelli: ut obſeruaremꝰ circumciſionē quā ſciebamus eſſe
finitam: uos ex gentibus, uos in Galatia, uos quibus uis
nulla inferri poteſt, ultro a gratia recedētes, ad legis iam
abolitæ tranſcēdiſtis uetuſtatē. a ¶ Ab his autē qui uide
bantur eſſe aliq̄d, quales aliq̄n fuerint, nihil mea intereſt &c.
Licet (inquit) Petrū & Ioannē dominus ſecum apoſtolos
habuerit: & tranſfiguratū eum in monte uiderint: & ſup
ipſos eccleſiæ ſit poſitum fundamentū: mihi tamen nihil
refert: quia nō aduerſum eos loquor qui eo tempore do
minum ſequebant̃: ſed aduerſum eos loquor qui nunc
legem præponunt gratiæ: nec detraho præceſſoribꝰ: nec
in aliqua parte accuſo maiores: ſed hoc dico, quia deus
perſonā hominis nō accipit. Non em̄ accepit Moyſi: non
accepit Dauid: nō accepit aliorū: nec eorū ergo accipiet,
qui cedere quibuſdā uident̃ ad tempus: tametſi ipſi me/
Act. 10. c cum ſentiant: Petro quoqꝫ dicente: In ueritate cognoſco:
quia non eſt acceptor perſonarū deus: ſed in omni loco
qui timet eum & operat̃ iuſticiā, acceptabilis ei eſt. Quo
itaqꝫ argumento ipſe ſanctus apoſtolus Petrus, aduer/
ſum eos qui in Cornelio ex gentibus baptiçato, nec cir/
cumciſo ſcandalū ſuſtinebant utitur: & placat eos ſe nō
potuiſſe negare aquā his qui ſpiritūſanctū acceperant:
eodē nunc ſanctus apoſtolus Paulus aduerſum ipſum
Petrum diſputat: ꝙ perſonarū non ſit acceptor deus, ſed
unumquēqꝫ ꝓ ueritate iudicet. Et ita caute & pedetētim
inter laudem & obiurgationē Petri medius incedit: ut &
præceſſori apoſtolo deferat: & nihilominus audacter ei
reſiſtat in faciē, ueritate compulſus. b ¶ Mihi enim qui
uidebantur, nihil contulerunt. Ipſe ſuperius cum illis con/
tulit, & multa ad eos retulit, quæ in gentibus perpetra/
rat: illi nihil contulerunt ei, ſed tm̄modo quæ ab eo dicta
ſunt cōprobantes, dexteras dederunt conſortij: & unum
ſuū Pauliqꝫ euangeliū firmauerūt. Rurſum notandū ꝙ
προσανέθεντο, id eſt, cōtulerunt uerbū, ipſum ſit in græco:
de quo ante tractauimus. c ¶ Sed cōtra cū uidiſſent qđ
creditum eſt mihi euangelium pręputij &c. ὑπέρβατον eſt: &
multis quæ in medio ſunt interiecta ſublatis, ſic breuiter
legi poteſt: mihi enim qui uidebantur eſſe, nihil contu/
lerunt: ſed econtra dexteras dederunt mihi & Barnabæ C
ſocietatis. Aut certe ille abſqꝫ iactatione ſui, occultus eſt
ſenſus: mihi qui uidebant̃ eſſe aliquid, nihil cōtulerunt:
ſed ecōtra a me eis collatū eſt, dum fiunt in euangelij gra
tia firmiores. Totū autē qđ dicit, hoc eſt: unus atqꝫ idem
mihi euāgeliū præpu
tij, & Petro circūciſio/
nis credidit. Me miſit
ad gētes: illum poſuit
in Iudæa. Nec gentes
poterant adulta iam
ætate non profuturo
circumciſionis dolo/
re cruciari: & abſtine
re ſe ab eſcis, quibus
ſemper aſſueuerant:
& quas deus creaue/
rat ad utendum: nec
hi qui ex iudæis cre/
diderāt & circumciſi
erant: & ex conſuetu/
dine quaſi ſecūda na
tura putabant ſe a cæ
teris gentibus plus habere, facile cōtemnere poterant ea
in quibus gloriabant̃. Prouidentia itaqꝫ dei, alius apl̄us
circūciſis datus eſt: qui legis umbris uideret̃ acquieſce/
re: alius in præputio cōſtitutis, qui euāgelij gratiam nō
putaret eſſe ſeruitiū, ſed liberā fidem. Ne ſub aliqua occa
ſione impedimentū fidei naſceret̃: & ꝓpter circūciſionē
ſiue præputiū nō crederet̃ in Chriſtum. Nec hoc dicimꝰ
quo Petrus, qui & ipſe in actibꝰ apl̄orū nullum hominē Act. 10. d
cōmunem eſſe teſtatus eſt: & in illo uaſe, qđ quatuor an/
gulis de cœlo miſſum uiderat, edocet̃ nihil intereſſe, iu/
dæus ſit aliquis, an gentilis: quaſi oblitus priorū, ſuper
euāgelij gratia, legem putauerit obſeruandā: ſed ut ipſe
quoqꝫ legē cuſtodire ſe ſimulans, paulatim iudæos ab
antiquo uiuēdi more deduceret. Non em̄ poterāt tantū D
obſeruationis laborē, & ueteris uitæ cautiſſimā cōuerſa/
tionē, quaſi purgamēta ſubito & damna cōtemnere. Ex
quo perſpicimꝰ ꝓpterea dexteras datas Paulo & Barna/
bæ ſocietatis, a Petro, Iacobo, & Ioanne: ne obſeruatione
uaria, diuerſum chriſti euāgeliū putaret̃: ſed & circūciſo
rum & habentiū præputiū, eſſet una cōmunio. Pulchre
autē præſtruxit dicens: Qui enim operatus eſt Petro in
apoſtolatu circūciſionis: ne quis eum putaret detrahere
Petro: ſed ut laudibꝰ eius ante præmiſſis, intelligeret̃ Pe
trus ideo circumciſionē aliqua ex parte ſuſcipere: ut eos
qui ſibi ex iudæis crediti fuerāt, lucrifaceret: & in Chriſti
fide & euāgelio cuſtodiret. Subintelligit etiā ꝙ ſi ille abſqꝫ
culpa faceret, & ad tēpus obſeruādo, qđ non licet: ne ſibi
creditos perderet: ſe magis ꝓ euāgelij ꝟitate facere debe/
re qđ ſibi creditū eſt in præputio, ne gentes legis onere &
difficultate deterritæ, a chriſti fide & credulitate diſcede/
rent. Occulta hic orit̃ quæſtio. Quid igit̃: Petrus ſi inue
niſſet ex gētibꝰ, nō eos adducebat ad fidē? Aut Paulus ſi
ex circūciſiōe aliq̄s reperiſſet, nō eos ad chriſti baptiſmū
prouocabat? Quæ ita ſoluit̃, ut dicamꝰ principale ſingu
lis in iudæos & gētes fuiſſe mandatū: ut qui defendebāt
legē, haberēt quē ſequerent̃: qui legi gratiā præferebant,
nō deeſſet eis doctor & præuius. In cōmune ꝟo hoc eos
habuiſſe ꝓpoſiti: ut chriſto ex cūctis gētibꝰ eccl̄iam con/
gregarēt. Legimꝰ em̄ & a ſancto Petro gētilem baptiçatū
fuiſſe Corneliū: & a Paulo in ſynagoga iudæorū, chriſtū
ſæpiſſime prædicatū. Petrus & Ioannes & Iacobꝰ, qui ui
debant̃ columnæ eſſe: ter ſupradictū de apl̄is legimus:
ſeorſum aūt his qui uidebant̃: & ab his ꝗ uidebant̃ eſſe
aliquid: & mihi em̄ qui uidebant̃ eſſe aliq̄d, nihil cōtule
runt. Sollicitus itaqꝫ requirebā quidnā eſſet qđ diceret,
qui uidebant̃: ſed nūc me oī ſcrupulo liberauit adijciēs,
qui uidebant̃ columnæ eſſe. Columnæ igit̃ ſunt eccl̄iæ
apl̄i: & maxime Petrus, Iacobꝰ, & Ioannes: ex quibꝰ duo
cū dn̄o aſcēdere merent̃ in montē: q̊rū unꝰ in Apocalyp
ſi ſaluatorē introducit loquentē: Qui uicerit, faciā eum

columnam

a Tantũ ut pauperum memores eſſemus: quod etiam
b ſollicitus fui hoc ipſum facere. Cum autem ueniſſet Pe
trus Antiochiam, in faciem ei reſtiti: quia reprehenſi
bilis erat. Prius enim ꝙ uenirēt quidam a Iacobo, cum
gentibus edebat. Cum autem ueniſſent, ſubtrahebat
& ſegregabat ſe, timens eos qui ex circumciſione erant:
& ſimulationi eius conſenſerunt & cæteri iudæi: ita ut
& Barnabas duceretur ab eis in illa ſimulatione.

Sed cum uidiſſem

E columnā in tēplo dei mei: docēs oēs credētes qui aduerſariũ uicerint, poſſe colũnas eccleſiæ fieri. Ad Timotheũ
1. Timo. 3. d ꝗ̃o Paulus ſcribēs ait: Vt ſcias quō oporteat te in domo dei cõuerſari, quæ eſt eccl'ia dei uiui: columna autē & firmamentũ ꝟitatis. His & cæteris inſtruimur, tam apoſtolos omneſꝗ credentes, ꝙ ipſam quoꝗ eccleſiam columnam in ſcripturis appellari: & nihil intereſſe de corpore quid dicat̃, an membris: cum & corpus diuidatur in membra: & membra ſint corporis. Dederunt itaꝗ Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui uidebant̃ columnæ eſſe, dextras Paulo & Barnabæ ſocietatis, ſed Tito qui cũ eis erat, dextras nō dederũt. Nec dum quippe ad eam menſurā peruenerat: ut poſſint ei chriſti mercimonia ex æquo cũ maiorib⁹ credi: & eundē tenere negociationis locum quē Barnabas tenebat & Paulus.
a ¶ Tantũ vt pauperũ memores eſſemus ⁊c. Sancti pauperes: quorũ præcipue ab apoſtolis Paulo & Barnabæ cura mandat̃, hi ſunt: qui ex iudæis credētes, precia poſſeſſionũ ſuarũ ad pedes apoſtolorũ deferebant egentib⁹ largienda: uel quia cõtribulibus, cognatis, & parētibus ſuis quaſi deſertores legis, & in crucifixum hominē credentes, deteſtationi & piaculo ducebant̃. In horũ miniſterio ſanctus apoſtolus Paulus quanto labore ſudauerit, epiſtolæ eius teſtes ſunt ſcribētis ad Corinthios, & ad Theſſalonicēſes, ad oẽs gentiũ eccleſias: ut prępararēt
F munus hoc ꝑ ſe, uel ꝑ alios qui eis placuiſſent, hieroſolymam deferendũ. Vnde nunc cõfidēter dicit, ꝙ etiā ſollicitus fui facere hoc ipſum. Poſſunt autē & alio genere pau
Matth. 5. a peres accipi: de quib⁹ in euangelio dicit̃: Beati pauperes ſpiritu: quoniā ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Merent̃ quippe tales in memoria eſſe apoſtolorũ. Necnō & illi pauperes,
Prouer. 13. b de quibus in Salomone ſcribit̃: Redemptio uiri animæ, ꝓpriæ diuitiæ. Pauper ꝟo nō ſuſtinet cõminationē. Non enim poteſt futurarũ pœnarũ audire terrorē, pauper in fide, pauper in gratia, non habēs diuitias ſpirituales, nec ſcientiā ſcripturarũ: quæ auro & argēto, & precioſo lapidi cõparat̃. Quoniā igitur nō egent ſani medico, ſed hi qui male habēt: ꝓpterea & apoſtolis in dexterarũ cõmunicatione cõuenit: ne ſpernerēt pauperes: ne deſpicerent peccatores: ſed ſemper meminiſſent eorũ, ſicut Paulus
1. Cor. 5. b Corinthij illius meminit: quē cũ in priori epiſtola contriſtaſſet ad tēpus, ut corpore per pœnitentiā laborante ſpiritu ſaluus fieret: in ſecunda, ne maiori triſticia abſorberetur, reuocat ad eccleſiam. Petitꝗ cunctos ut cõfirment in eum charitatē: & donent fratri ſicut ipſe unicuiꝗ eorũ in facie chriſti donauerit: implens pactum qđ hieroſolymis fecerat, ut ſemper pauperum recordaret̃. b ¶ Cum autē veniſſet petrus Antiochiam ⁊c. cũ gentibus edebat ⁊c. Ex eo ꝙ Petrus anteꝗ quidā de hieroſolymis Antiochiā uenirēt, edebat cũ gentib⁹: oſtendit̃ nō eum oblitũ fuiſſe præcepti: nullum hominē cõmunē & immundũ dicere: ſed quia ꝓpter eos qui adhuc legem obſeruandā putabant: paululũ ſe a cõuictu ſubtraxerat gentiũ: ita ut etiā cæteri qui ex iudæis erant ſimiliter facerent: & Barnabas qui cũ Paulo in gentib⁹ euāgeliũ prædicabat, hoc facere cogeret̃. Hi qui Antiochiæ crediderāt ex gentib⁹: nec fuerant circũciſi, cõpellebant̃ ad legis onera tranſcēdere: nō intelligētes diſpēſationē Petri: qua iudæos ſaluari cuperet: ſed putantes ita ſe euangelij habere rationē. Cũ itaꝗ uidiſſet apoſtolus Paulus periclitari gratiā chriſti, noua bellator ei⁹ uſus eſt arte pugnādi: ut diſpēſationē Petri, qua iudæos ſaluari cupiebat: noua ipſe contradictionis diſpēſatione corrigeret: & reſiſteret ei in facie: nō arguens propoſitũ, ſed quaſi in publico contradicens: ut ex eo ꝙ

G Paulus eum arguens reſiſtebat: hi qui crediderāt ex gentibus ſeruarent̃. Quod ſi putat aliquis uere Paulum Petro apoſtolo reſtitiſſe: & ꝓ ueritate euāgelij intrepide feciſſe iniuriam præceſſori: nō ei ſtabit illud qđ & ipſe Paulus iudæis iudæus factus eſt, ut iudæos lucrifaceret: & eiuſdem ſimulationis tenebit̃ reus, qñ caput totōdit in Cencris: & facto caluitio, oblationem obtulit in hieruſalē: & Timotheũ circũcidit: & nudipedalia exercuit: quæ utiꝗ manifeſtiſſime de cerimonijs iudæorum ſunt. Si itaꝗ ipſe qui ad prædicationē gentium miſſus erat: nō putauit abs re dicere: Sine offendiculo eſtote iudæis & eccleſiæ dei: quō & ego oẽib⁹ ꝑ oẽia placeo: non quærens qđ mihi utile eſt, ſed qđ multis ut ſaluent̃: & fecit aliqua quæ cõtraria eſſent euāgelij libertati, ne ſcandaliçaret iudæos: qua auctoritate, qua fronte audet hoc in Petro reprehendere: qui circũciſionis apoſtolus erat, qđ ipſe Ap'lus gentiũ arguit̃ cõmiſiſſe? Sed ut ante iam dixim⁹, reſtitit ſcđm faciem publicā Petro & cæteris: ut hypocriſis obſeruandæ legis, quæ nocebat eis qui ex gētib⁹ crediderāt correptionis hypocriſi emendaretur: & uterꝗ pp'lus ſaluus fieret: dum & qui circũciſionem laudant, Petrum ſequunt̃: & qui circũcidi nolunt, Pauli prædicant libertatē. Quod autē ait, reprehenſibilis erat: ꝓpterea inediæ tēperauit: ut intelligamus nō tam a Paulo eum fuiſſe reprehenſibilē, ꝙ his fratrib⁹ cũ quib⁹ ante edens ſe ab eis poſtea ſeparabat. Vtilē ꝟo ſimulatio
H nem, & aſſumendam in tp̃e: Hieu regis iſrael nos doceat 4. Reg. 10. d
exēplũ: qui cũ non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal: niſi ſe finxiſſet uelle idolũ colere dicens: Congrega mihi oēs ſacerdotes Baal: ſi eñ Achab ſeruiuit Baal in paucis, ego ſeruiam in multis. Et Dauid qñ mutauit faciē ſuam 1. Reg. 21. d
corā Abimelech: & dimiſit eum & abijt. Nec mirũ, ꝗuis iuſtos homines, tñ aliqua ſimulare ꝓ tēpore ob ſuam & aliorũ ſalutē: cũ & ipſe dñs noſter nō habēs peccatũ, nec carnē peccati, ſimulationē peccatricis carnis aſſumpſerit: ut cõdemnans in carne peccatũ, nos in ſe faceret iuſticiam dei. Legerat utiꝗ Paulus in euangelio dñm præcipientē: Si aũt peccauerit in te frater tuus, uade & corripe Lu. 17. a
eum inter te & ipſum ſolũ. Si te audierit, lucrifeceris fratrem tuũ. Et quō cũ etiā de minimis fratrib⁹ hoc faciēdũ iuſſerit: auſus eſt ap'lorum maximũ in publica facie tam procaciter, tam conſtanter arguere: Niſi & Petro ſic placuiſſet argui: & Paulus nō ei faceret iniuriā, de quo ante dixerat: Veni hieroſolymā uidere Petrũ: & manſi apud 3. 1. d
eum diebus quindecim: alium autem apoſtolorũ uidi neminem. Et rurſum: Qui enim operatus eſt Petro in apoſtolatum circumciſionis. Et infra: Petrus & Iacobus, & Ioannes qui uidebantur columnæ eſſe: & cætera quæ in eius laudes perorat. Aliquotiens cum adoleſcentulus Rhomæ controuerſias declamarem: & ad uera certamina fictis militibus exercerer, currebam ad tribunalia iudicum: & diſertiſſimos oratorum tanta inter ſe uidebam acerbitate contendere: ut omiſſis ſæpe negocijs in proprias contumelias uerterentur: & ioculari ſe inuicem dente morderēt. Si hoc illi faciunt, ut apud reos nullam ſuſpitionē præuaricationis incurrant: & fallunt populum circumſtantē: quid putamus tantas eccleſiæ columnas, Petrũ & Paulum tanta uaſa ſapientiæ inter diſſidentes iudæos atꝗ gentiles facere debuiſſe? niſi ut eorũ ſimulata contentio, pax credentiũ fieret: & eccleſiæ fides, ſancto inter eos iurgio cõcordaret. Sunt qui cephan, cui hic in faciē Paulus reſtitiſſe ſe ſcribit: nō putent apoſtolũ Petrũ, ſed alium de ſeptuaginta diſcipulis iſto uocabulo nuncupatũ: Et dicunt nequaꝗ Petrũ a cõuictu gentiũ ſe

potuiſſe

a Sed cū uidiſſem ꝙ nō recto pede incedunt ad ueritatē
b euāgelij, dixi Petro corā omib⁹: Si tu cū iudæus ſis, gen
tiliter & non iudaice uiuis: quō gentes cogis iudaiçare?
c Nos natura iudæi, & nō ex gentib⁹ peccatores. Scientes
autē ꝙ non iuſtificat͛ homo ex operibus legis, niſi per
fidem Ieſu chriſti: & nos in Chriſto Ieſu credidimus, ut
iuſtificemur in fide Chriſti, & non ex operibus legis.
Propter quod

A potuiſſe ſubtrahere: qui & centurionē Corneliū baptiça
rat. Et cū aſcēdiſſet hieroſolymā, diſceptantib⁹ aduerſus
Act.11.a ſe qui erant ex circūciſione, & dicētibus: Quare introiſti
ad uiros præputiū habentes, & manducaſti cū illis? Poſt
narrationē uiſionis tali reſpōſionē ſuam fine cōcluſerit:
Si ergo eandē gratiā
dedit illis deus, ſicut
& nobis qui credidi/
mus in dominum Ie
ſum chriſtū: ego quis
eram q poſſem pro/
hibere deū? Quibus
auditis, tacuerunt &
glorificauerūt deum
dicētes: Ergo & genti
bus deus pœnitentiā
ad uitam dedit: Maxi
me cū Lucas ſcriptor
hiſtoriæ, nullā huius
diſſenſionis faciat mentionē: nec dicat unq̃ Petrū Antio
chiæ fuiſſe cum Paulo: & locum dari Porphyrio blaſphe
manti: ſi aut Petrus erraſſe: aut Paulus procaciter apo/
ſtolorū principē cōfutaſſe credat͛. Quib⁹ primū reſpon
dendū, alterius neſcio cuius Cephe neſcire nos nomen.
Niſi ei⁹ qui & in euāgelio, & in alijs Pauli epiſtolis: & in
hac quoq̃ ipſa modo Cephas, modo Petrus ſcribit͛. Nō
q̊ aliud ſignificet Petrus, aliud Cephas: ſed ꝙ quā nos la
tine & græce petrā uocemus, hanc hebræi & ſyri propter
linguæ inter ſe uiciniā, cephan nuncupent. Deinde totū
argumentū epiſtolæ qđ oblique de Petro, Iacobo, & Io/
anne dicit͛, huic intelligētiæ repugnare. Nec mirum eſſe
ſi Lucas hanc rem tacuerit: cum & alia multa quæ Pau/
lus ſuſtinuiſſe ſe replicat, hiſtoriographi licentia præter/
miſerit: & non ſtatim eſſe cōtrariū, ſi qđ alius ob cauſam
dignū putauit relatu, alius inter cætera dereliquit. De/
niq̃ primū epiſcopū antiochenæ eccleſiæ Petrū fuiſſe ac/
cepimus, & Rhomā exinde tranſlatū: qđ Lucas penitus
B omiſit. Ad extremū ſi propter Porphyrij blaſphemiam,
alius nobis fingendus eſt Cephas, ne Petrus putetur er/
raſſe: infinita de ſcripturis erunt radenda diuinis: quæ
ille, quia nō intelligit, criminat͛. Sed aduerſum Porphy/
rium: in alio, ſi chriſtus iuſſerit, opere pugnabim⁹: nunc
reliqua proſequamur. a ¶ Sed cū uidiſſem ꝙ non recto
pede incedunt ꝛc. Sicut hi qui ſanis greſſibus claudicare
ſe ſimulant: nō uitium habent in pedibus, ſed eſt aliqua
cauſa cur claudicēt: ita & Petrus ſciens circumciſionē &
præputium nihil eſſe, ſed obſeruationē mandatorū dei:
edebat quidē ante cum gentib⁹: ſed pro tempore ab eis
ſe, ne iudæos a fide Chriſti perderet, ſubtrahebat. Vnde
& Paulus eadē arte qua ille ſimulabat, ei reſtitit in faciē:
& loquit͛ corā omnib⁹: non tam ut Petrū arguat, q̃ ut hi
quorū cauſa Petrus ſimulauerat, corrigantur. Qđ ſi cui
iſte non placet ſenſus: quo nec Petrus peccaſſe, nec Pau/
lus procaciter oſtendit͛ arguiſſe maiorē: debet exponere
qua cōſequētia hoc Paulus in altero reprehendat, quod
ipſe cōmiſit. b ¶ Si tu cum iudeus ſis/ gentiliter et non iu/
daice viuis: quō gentes cogis iudaiçare? In diſſolubili argu
mento cōſtringit Petrū: immo ꝑ Petrū eos qui pugnātia
illum inter ſe facere cogebant. Si (inquit) o Petre tu natu/
ra iudæus es, circumciſus a parua ætate: & uniuerſa le/
gis præcepta cuſtodiens: nunc ob gratiam chriſti ſcis ea
nihil per ſe habere utilitatis: ſed exemplaria eſſe & ima/
gines futurorū: & cum his qui ex gentibus ſunt, cibum
capis: nequaq̃ ut ante ſuperſtitioſe, ſed libere & indiffe/
renter uictitans: quō eos qui ex gentibus crediderunt,
nunc recedens ab eis: & quaſi a cōtaminatis te ſeparans
& ſecernens, compellis iudaiçare? Si eñ immundi ſunt
a quibus recedis: idcirco autē recedis: quia non habent
circumciſionē, compellis eos circumcidi & iudæos fieri:
cum tu ipſe natus iudæus gentiliter uixeris. Et latenter
oſtendit cauſam quare aduerſum eū diſputauerit: quia
ſcilicet gentes ſimulatione ſua iudaiçare cōpelleret, dum
eum cupiunt æmulari. c ¶ Nos natura iudei: et non ex

gentibus peccatores. Subrepunt hoc loco hæretici: qui ri C
dicula quædam & inepta fingentes, aiunt, nec ſpiritua/
lem peccare poſſe naturam: nec iuſte aliquid facere ter/
renam. Quos interrogemus quare de bona oliua rami
fracti ſunt: & cur de oleaſtro in radicē bonæ oliuæ inſerti
ſint: ſi nec de bono
cadere quicq̃ poteſt,
nec de malo ſurgere?
Aut quomō uel Pau
lus perſecutus ſit añ
eccleſiam, ſi de natu/
ra ſpirituali fuit: aut
poſtea apoſtolus fa/
ctus, ſi de terrena fæ/
ce generatus eſt. Qđ
ſi terrenum eum nō
fuiſſe contenderint,
ipſius uerba pona/
mus. Eramus filij na Eph.2.a
tura iræ, ſicut & cæteri. Natura iudæus eſt, qui de genere
eſt Abraham: & a parētibus die octauo circumciſus eſt.
Non natura iudæus, qui poſtea eſt factus ex gentibus.
Vt autem totum argumentū breui ſermone comprehen
dam, ſenſus eſt iſte qui texit͛. Nos, id eſt, ego & tu Petre:
miſcuit enim perſonam ſuam, ne illi facere uideretur in/
iuriam: Cum eſſemus (inquit) natura iudæi, ea facientes
quæ lege præcepta ſunt, & non ex gentibus peccatores:
qui uel generaliter, quia idolis ſeruiūt, peccatores ſunt:
uel quos nunc putamus immundos, ſcientes ꝙ nō poſ/
ſemus ex legis opere, ſed ex Chriſti ſaluari fide: credidi/
mus in chriſtum: ut qđ lex nobis non dederat, fides tri/
bueret quam habebamus in chriſto. Qꝫ ſi recedentes a
lege, in qua ſaluari non potuimus, tranſcendimus ad fi/
dem, in qua non carnis quæritur circumciſio, ſed cordis
puri deuotio: & nunc a gentib⁹ recedendo hoc agimus:
ut quicunq̃ non ſit circumciſus immundus ſit: ergo fi/
des in chriſtum in qua nos putabamus ante ſaluari, ma
gis peccati eſt miniſtra q̃ iuſticiæ, quæ aufert circūciſio/ D
nem: quā qui non habuerit, immundus eſt. Sed abſit: ut
quod ſemel deſtruxi, & ſciui mihi nō profuiſſe, rurſum
uendicem. Semel a lege diſcedens, legi ſum mortuus, ut
in chriſto uiuerem: cruciq̃ eius affixus, & in nouū rena/
tus hominē, fide magis q̃ carne ſubſiſterē: & cū Chriſto
egrederer e mundo. Qđ ſemel adorſus ſum, teneo. Non
mihi gratis chriſtus eſt mortuus: in quo fruſtra credidi,
ſi putaui abſq̃ fide eius in ueteri lege ſaluari. d ¶ Scien
tes autem ꝙ non iuſtificat͛ homo ex operibus legis/ niſi per
fidē ieſu chriſti ꝛc. Aiunt quidā: ſi uerū hoc ſit qđ Paulus
affirmat, ex operibus legis neminē iuſtificari, ſed ex fide
Ieſu chriſti, patriarchas & prophetas, & ſanctos, qui ante
Chriſti aduentū fuerunt, imperfectos fuiſſe. Quos ad/
monere debemus eos hic dici iuſticiam non conſecutos:
qui tm̄ ex operibus iuſtificari poſſe ſe credunt. Sanctos
autem qui antiquitus fuerint, ex fide chriſti iuſtificatos.
Siquidem Abraham uidit diem Chriſti, & lætatus eſt. Et Ioh.8.g
Moyſes maiores diuitias æſtimauit theſauro ægyptiorū,
improperium Chriſti. Aſpiciebat enim in remuneratio/
nem. Et Eſaias uidit gloriam Chriſti: ut Ioannes euange Eſa.6.a
geliſta commemorat: & Iudas de omnibus generaliter: Iude.b
Cōmonere (inquit) uos uolo ſcientes ſemel omnia: quo/
niam Ieſus populum de terra ægypti ſaluans: ſecundo
eos qui non crediderunt, perdidit. Vnde non tam legis
opera damnantur, q̃ hi qui tm̄ ex operibus iuſtificari ſe
poſſe confidunt. Saluatore quoq̃ ad diſcipulos loquen
te: Niſi ſuperabundauerit iuſticia ueſtra plus q̃ ſcriba/ Matth.5.c
rum & phariſæorū, non intrabitis in regnum cœlorum.
Congregandū in hoc loco quanta in lege præcepta ſint,
quæ explere nullus queat. Et ecōtrario dicendum, quæ/
dam legis etiam ab his fieri qui ignorent eam. Sed ideo
non iuſtificari operatores eius: quia abſq̃ fide Chriſti
fiant: uerbi gratia; non dormire cum uiro dormitione
mulieris: non adulterari: non rapere: ſed magis hono/
rare patrē & matrē: & cætera quæ imperata ſunt, facere.
Qđ ſi de ſanctis

a Própter quod ex operibꝰ legis nõ iuſtificabit̃ omnis ca
ro. Q̃d ſi quærẽtes iuſtificari in chriſto inuẽti ſumus &
ipſi peccatores: nunquid chriſtus peccati miniſter eſt?
Abſit. Si em̃ quæ deſtruxi, hæc iterũ reædifico: præuari
b catorẽ me cõſtituo. Egõ em̃ ꝑ legẽ legi mortuus ſum, ut
c deo uiuam. Chriſtó confixus ſum cruci. Viuõ autẽ iam
e nõ ego: uiuit autẽ in me chriſtus. Quõd aũt nunc uiuo
f in carne: In fide uiuó filij dei: qui dilexit me, & tradidit
g ſemetipſum pro me. Nõn abijcio gratiam dei: ſi enim
per legem iuſticia: ergo chriſtus gratis mortuus eſt.

Ca. III

b O Inſenſati galatæ: quis uõs faſcinauit non credere ueritati?

E Q̃d ſi de ſanctis uiris nobis exempla protulerint: q̃d in lege uerſati, ea quæ legis fuerant perpetrarint, dicemus:
1. Timo. 1. b Quia iuſto lex non eſt poſita, ſed iniquis & nõ ſubditis, impijs & peccatoribus, cõtaminatis & immundis. Qui autẽ a deo doctus ſit: nõ habere eũ neceſſe ut uel de charitate doceat̃, Paulo
1. Teſſal. 4. b dicente: De charitate aũt nõ neceſſe habeo ſcribere uobis: ipſi em̃ uos a deo docti eſtis, ut diligatis inuicem. a ¶ Propter quod ex operibꝰ legis nõ iuſtificabit̃ oĩs caro &c. Nõ iuſtificatur ex operibus legis caro illa, de
Eſa. 40. b qua ſcribitur: Omnis caro fœnũ: & omnis gloria eius quaſi flos agri. Iuſtificat̃ autem ex fide Ieſu chriſti caro illa, de q̃ in reſurrectionis dicit̃ ſacramẽto:
Lu. 3. b Oĩs caro uidebit ſalutare dei. Sed & iuxta humiliorem intellectũ, iuſtificabat̃ q̃ndã ex lege nõ oĩs caro, ſed tm̃ hi homines qui in palæſtina erant. Nunc autẽ ex fide Ieſu chriſti iuſtificat̃ om̃is caro, dum eccleſia eiꝰ in toto orbe fundatur. b ¶ Ego em̃ per legẽ legi mortuus ſum, ut deo uiuam. Aliud eſt per legẽ mori, aliud legi mori. Q̃d legi morit̃, uiuebat ei anteq̃ moreret̃: obſeruans ſabbata, & neomenias, & dies feſtos, & uictimarũ typicã curioſitatẽ, & fabulas iudaicas, & genealogias. Poſtq̃ aũt uenit chri
Roma. 7. c ſtus & lex, de qua ſcriptũ eſt: Scimus autẽ quia lex ſpiritualis eſt: per euangelicã legẽ, legi priſtinæ mortuus eſt:
F & anima, quæ ſc̃d̃m id q̃d ſcribitur ad Rhomanos: Viro uiuẽte ſi nupſiſſet, adultera uocabat̃: mortuo uiro ſuo. i. lege ueteri, nupſit legi ſpirituali, ut fructificaret deo. Vñ
Oſee. 14. d & in Oſee ad eam dicit̃: Ex me fructus tuus inuẽtus eſt.
Ibidem. Cui pulchre myſticũ illud infert̃: Quis ſapiens, & intelliget iſta: intelligens, & cognoſcet ea? Qui per legẽ igitur ſpiritualẽ legi literæ morit̃, deo uiuit: cum nõ ſit ſine lege dei, ſed in lege ſit chriſti. Qui ṽo legi morit̃ ob peccata, mortuus quidẽ eſt: ſed nõ poteſt de eo dici q̃d ſequit̃, ut uiuat deo. Eſſe autẽ legẽ aliam ſpiritualẽ extra legem lite
Roma. 7. c ræ: & alibi Apoſtolus docet dicẽs: Itaq̃ lex quidẽ ſancta & mandatũ ſanctũ, & iuſtum, & bonũ. Et Eçechiel ex per
Eçech. 20. b ſona dei: Eduxi (inquit) eos, id eſt populum iudæorũ de terra ægypti: & adduxi eos in deſertũ: & dedi eis præcepta mea: & iuſtificationes meas oſtendi illis: quas faciet homo & uiuet in eis. De ea ṽo lege quæ iram operat̃: cui & Apoſtolus mortuus eſt, poſtea infert: Et ego dedi eis præcepta nõ bona: & iuſtificationes in quibꝰ nõ uiuent
Ps. 70. c in eis. Idipſum ſignificat̃ & in pſalterio: Quoniã non cognoui literaturam, introibo in fortitudinem domini. c ¶ Chriſto cõfixus ſum cruci. Quia dixerat ſe per legem legi mortuũ: quõ mortuus fuerit, oſtendit: Chriſto confixus ſum cruci: tollens crucẽ ſuam & Chriſtũ ſequẽs: &
Lu. 23. e in ipſa obſecrans paſſione: Memẽto mei cum ueneris in regnũ tuũ. Statimq̃ audiens: Hodie mecũ eris in paradiſo. Si quis mortificatis membris ſuper terram: & mundo mortuus, cõfiguratus fuerit morti Ieſu chriſti: crucifigit̃ cũ Ieſu: & trophæum mortificationis ſuæ, in ligno dominicæ paſſionis affigit. d ¶ Viuo autem iam nõ ego: uiuit aũt in me chriſtus. Nõ uiuit ille qui q̃ndã uiuebat in lege, quippe qui ꝑſequebat̃ eccl̃iam. Viuit aũt in eo chriſtus, ſapiẽtia, fortitudo, ſermo, pax, gaudiũ, cæteraq̃ uirtutes: quas qui non habet, non poteſt dicere: Viuit autẽ in me chriſtus. Hoc autẽ totũ ſub ſua perſona aduerſum Petrũ de Petro diſputat. e ¶ Quõ autẽ nunc uiuo in carne. Aliud
Roma. 8. b eſt in carne eſſe, & in carne uiuere: Qui em̃ in carne ſunt, deo placere nõ poſſunt. Vnde ad bñ uiuentes dicit̃: Vos autẽ nõ eſtis in carne. f ¶ In fide uiuo filij dei/ qui dilexit **G**
me: et tradidit ſemetipſum pro me. Ad Rhomanos de deo loquitur, q̃ filio ſuo non pepercit: ſed ꝓ nobis tradiderit Roma. 8.
eũ: Nunc ṽo de chriſto q̃ ſe ipſe tradiderit: Qui dilexit me (inquit) & tradidit ſeipſum ꝓ me. In euãgelio ṽo ubi apoſtoli enumerant̃, infert̃: Et Iudas Iſcariotis qui & tradidit Lu. 6. c
eũ. Rurſum in eodẽ: Ecce appropinquauit qui tradet me. Matth. 26.
De principibus ṽo ſacerdotum, & ſenioribus ppl̃i, ſcriptura cõmemorat, q̃ condemnauerint Ieſum morti: & ligantes eum duxerint & tradiderint Pilato præſidi. Et deinceps de Pilato: Dimiſit eis Barrabbam: Ieſum autem flagellatũ tradidit eis ut crucifigerẽt illũ. Igitur & pater tradidit filium: & filius ipſe ſe tradidit: & Iudas & ſacerdotes cum principibꝰ tradiderunt: & ad extremũ traditũ ſibi, tradidit ipſe Pilatus. Sed pater tradidit, ut ſaluaret perditũ mundũ. Ieſus ipſe ſe tradidit, ut patris ſuamq̃ faceret uoluntatẽ. Iudas autẽ & ſacerdotes & ſeniores populi & Pilatus, uitam mori neſcij tradiderunt. Quæ cum ipſa quoq̃ ſe ꝓ noſtra ſalute tradiderit: beatus multũq̃ fœlix, qui uiuẽte in ſe chriſto ꝑ ſingulas cogitationes & opera põt dicere: In fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit ſeipſum pro me. g ¶ Non abijcio gratiã dei &c. Abijcit gratiã dei, tam ille qui poſt euãgeliũ **H**
uiuit in lege, q̃ is qui peccatis poſt baptiſmũ ſordidat̃.
Qui autẽ poteſt iuxta Apoſtolum dicere: Gratia eius in 1. Cor. 15.
me non fuit uacua: iſte & hoc loquitur cõfidenter: Non abijcio gratiã dei. Q̃d autẽ ſequit̃, ualde neceſſariũ eſt aduerſum eos qui poſt fidẽ chriſti putãt legis præcepta ſeruanda. Dicẽdũ quippe eis: Si per legẽ iuſticia eſt, ergo chriſtus gratis mortuus eſt. Aut certe doceant, quõ non chriſtus gratis mortuus ſit, ſi opera iuſtificent. Sed q̃uis ſint hæbetes, dicere nõ audebunt chriſtũ ſine cauſa mortuũ. Ad particulã itaq̃ ſyllogiſmi, quæ hic ꝓponit̃: id eſt: ſi em̃ per legẽ iuſticia: ergo chriſtus gratis mortuus eſt: debemus illud aſſumere q̃d cõſequẽter infert̃, & negari nõ poteſt: chriſtus autẽ nõ eſt gratis mortuus: & concludere: Non igitur per legem iuſticia. Hucuſq̃ contra Petrum, nunc ad Galatas reuertitur. ¶ Ca. III

O Inſenſati galatæ &c. Dupliciter hic locus intelligi poteſt: Vel ideo inſenſatos galatas appellatos, a maioribꝰ ad minora uenientes, quia cœperint ſpiritu & carne, conſument̃: Vel ob id q̃ unaquæq̃ prouincia ſuas habeat ꝓprietates. Cretẽſes ſemꝑ Titum. 1. c
mendaces, malas beſtias, uentres pigros, uere ab Epimenide poeta dictos, Apl̃us comprobat. Vanos Mauros, & feroces Dalmatas, latinꝰ pulſat hiſtoricꝰ. Timidos phrygas, omnes poetæ lacerãt. Athenis expeditiora naſci ingenia, philoſophi glorianť. Græcos leues: apud. C. Cæſarem ſuggillat Tullius dicẽs: Aut leuiũ græcorũ, aut immaniũ barbarorũ: & ꝓ Flacco, Ingenita (inquit) leuitas & erudita uanitas. Ipſum iſrael, graui corde, & dura ceruice, omnes ſcripturæ arguũt. In hunc ergo modũ arbitror & Apoſtolũ galatas regionis ſuæ ꝓprietate pulſaſſe. Licet quidam profundis ſe quæſtionibꝰ inſerẽtes: quaſi ſub obtẽtu uitandæ hæreſeos, quæ diuerſas naturas infert, dicant, Tyrios quoq̃ & ſidonios, moabitas & ammonitas, & idumæos, babylonios, & ægyptios, om̃eſq̃ gẽtes quæ in ſcripturis nominant̃ habere quædã idiomata: & ex cauſis præcedentibus, & merito operũ priſtinorũ: ne iuſticia dei ueniat in dubiũ: cũ unaquæq̃ gẽs uel bonũ uel malum

a dere ueritati? Antē quorū oculos Ieſus chriſtus proſcri
b ptus eſt:in uobis crucifixus eſt. Hoc ſolum a uobis uolo
diſcere: ex operibꝰ legis ſpiritū accepiſtis,an ex auditu
c fidei? Sic ſtulti eſtis: ut cū ſpiritu cœperitis, nunc carne
conſumamini?

A uel malum habere aſſerat̃ ꝙ alia nō habeat. Nos iſtas al
titudines declinātes,ſuperiora ſectabimur: aut ſtulticiæ
eos argui dicētes, per quā ſpiritū legis & literā dijudica/
re nō poſſint: aut uitio gentis corripi, ꝙ indociles ſint &
uecordes,& ad ſapientiā tardiores. Qđ autē ſequit̃:quis
uos faſcinauit, digne
Paulo,qui & ſi impe/
ritus eſt ſermone, nō
tñ ſciētia debemꝰ ex/
ponere: non ꝗ ſcierit
eſſe faſcinū, qui uul/
go putat̃ nocere: ſed
uſus ſermone ſit tri/
uij:& ut in cæteris,ita
& in hoc quoqꝫ loco,
uerbū quotidianæ ſermocinationis aſſumpſerit. Legimꝰ
in Prouerbijs: Donū,inuidi cruciat oculos. Qui apud
nos inuidus,in græco ſignificantius ponit̃,faſcinator: &
Sap.4.c in ſapiētia quæ Salomonis ſcribit̃:Faſcinatio malignita/
tis obſcurat bona. Quibꝰ docemur exēplis: ꝙ uel inui/
dus aliena fœlicitate cruciet̃:uel is in ꝗ bona ſint aliqua,
alio faſcinante.i.inuidēte noceat̃. Dicit̃ faſcinꝰ ꝓprie in/
fantibus nocere,& ætati paruulæ:& his qui necdū firmo
ueſtigio figant gradū. Vnde & quidā e gentilibꝰ:Neſcio
quis teneros oculus mihi faſcinat agnos. Hoc utrū uerū,
nec ne ſit,deus uiderit:quia pōt fieri,ut & dæmones huic
pctō ſeruiant:& ꝗſcūqꝫ in dei opere uel cœpiſſe uel pro/
feciſſe cognouerint,eos a bonis operibꝰ auertant. Nunc
illud in cauſa eſt qđ ex opinione uulgi ſumptū putamꝰ
exēplum: ut quō tenera ætas noceri dicit̃ faſcino:ſic etiā
Galatæ in Chriſti fide nuper nati & nutriti lacte,& nō ſo
lido cibo:ueluti quodā faſcinātē ſint nociti: & ſtomacho
fidei nauſeante,ſpūſſancti cibū euomuerint. Qđ ſi aliqs
cōtradicit,exponat quō de cōmuni opinione ſit ſumptū,
2.Reg.23.b uallis Titanorū in regnorū libris:ſyrenæ & onocentauri
Eſa.34.a in Eſaia:arcturꝰ & orion, & Pleiades in Iob:& cætera his
Iob.9.b ſiſia:quæ utiqꝫ uocabula, gētilium fabularū & cauſas &
origines habēt. Interrogemꝰ hoc loco Marcionē qui pro
B phetas repudiat:quō interpretet̃ id qđ ſequit̃: a ¶ Añ
ꝗrū oculos ieſus chriſtus ꝓſcriptus eſt ꝛc. Nobis eñ recte
ꝓſcriptus ē chriſtus: de cuiꝰ patibulo & paſſione, alapis
& flagellis,oīs ꝓphetarū prædicit chorus:ut crucē ipſius
nō de euāgelio tm̃ in ꝗ crucifixus refert̃: ſed mlto anteꝙ̃
deſcēdere dignaret̃ ad terras,& hominē qui ē crucifixus
aſſumeret,nouerimꝰ. Nec parua laus Galatarū eſt,ꝙ ita
crediderint in crucifixum,ut ante fuerat eis proſcriptus:
quo ſcilicet lectitantes ꝓphetas, & omnia ueteris legis ſa
cramēta noſcentes, uia & ordine uenerint ad credendū.
Legit̃ in quibuſdā codicibus: quis uos faſcinauit nō cre
dere ueritati? Sed hoc quia in exēplaribꝰ Adamantij nō
habet̃,omiſimꝰ. b ¶ Hoc ſolum a vobis volo diſcere ꝛc.
Sunt quidē (ait) multa quæ poſſunt interrogatione uos
cogere,legi euāgeliū præferendū:ſed qm̃ inſenſati eſtis,&
nequaꝙ̃ ea poteſtis audire,ſimplici uobiſcū ſermone lo/
quor:& de eo qđ promptum eſt, ſciſcitor: Spiritūſanctū
quē accepiſtis: utrū uobis legis opa,ſabbati obſeruatio,
circūciſionis,& neomeniarū ſupſtitio dederint, an audi/
tus fidei:per quā ex gētibꝰ crediđiſtis? Qđ ſi negari nō
pōt,ſpiritūſanctū & uirtutes quæ in principio fidei acce/
ptum ſpiritū ſequebant̃: nō ex operibꝰ legis, ſed ex fide
Chriſti datas:manifeſtū eſt uos a melioribus exorſos,in
peiora corruere. Cōſyderemꝰ aūt diligēter quia nō dixe
rit:uolo a uobis diſcere utrum ex operibꝰ ſpiritū accepi/
ſtis:ſed adiecerit,ex operibꝰ legis. Sciebat eñ & Corneliū
centurionē ſpiritū ex operibꝰ accepiſſe,ſed nō ex operibꝰ
legis quā neſciebat. Si autē econtrario dicit̃: ergo & ſine
auditione fidei accipi ſpūs pōt. Nos reſpondebimꝰ acce
piſſe quidē eū ſpiritū:ſed ex auditu fidei & naturali lege,
quæ loquit̃ in cordibꝰ noſtris,bona quæqꝫ faciēda & ui/
tanda mala:per quā dudum quoqꝫ Abrahā, Moyſen, &
cæteros ſanctos iuſtificatos retulimus:quā augere dein/
ceps poteſt operū obſeruatio, legis quoqꝫ iuſticia: nō tñ
carnalis legis quæ præterijt,ſed ſpiritualis: quia lex ſpiri
tualis eſt. Neqꝫ ꝟo quia fidem præferimꝰ,legis opera de/ C
ſtruimus: nec dicimus ſcđm quoſdā,faciamꝰ mala do/
nec ueniant bona: quorū damnatio iuſta eſt,ſed ſeruitu
ti gratiā anteponimꝰ. Dicimuſqꝫ ꝙ iudæi ꝓpter metū fa/
ciunt,id nos facere,ꝓpter charitatē. Illos ſeruos eſſe, nos
filios:illos cogi ad bo
num,nos bonū ſpon
te ſuſcipere. Non igit̃
ex fide chriſti licentia
naſcitur delinquēdi:
ſed ex dilectione fidei
uoluntas boni ope/
ris auget̃:dum bona
ideo facimꝰ: nō quia
iudicē formidamus:
ſed quia ſcimus ea ei placere in quē credimus. Quærat
quiſpiam,ſi fides nō eſt niſi ex auditu:quō qui ſurdi nati
ſunt,poſſunt fieri chriſtiani. Deum quippe patrē ex ma
gnitudine & pulchritudine creaturarū poteſt quis intel
ligere: & a cōditionibus conditor conſequēter agnoſcit̃.
Chriſti autē natiuitas,crux,mors,reſurrectio,niſi ex au/
ditu ſciri non poteſt. Aut ſurdi igitur chriſtiani nō ſunt:
aut ſi ſurdi ſunt chriſtiani,falſum eſt quod alibi ab apo/
ſtolo dicit̃:Itaqꝫ fides ex auditu:auditus autē per uerbū
dei. Ad qđ qui ſimplici reſponſione cōtentus eſt: dicit nō
eum generaliter dixiſſe:fides oīm ex auditu eſt,ſed fides
ex auditu:qđ & in parte,& in toto accipi poteſt: Eorū ſci/
licet fides ex auditu,qui audiunt,qui credunt. Qui au/
tem huic ſcrupulo ſatiſfacere conat̃: prius illud tentabit
aſſerere,qđ nutibus quoqꝫ & quotidiana cōuerſatione:
& ut ita dixerim totius corporis loquēte geſtu, ſurdi poſ
ſint euāgeliū diſcere: deinde etiam hoc, qđ dei ſermo cui
nihil ſurdum eſt,ad eas magis loquat̃ aures,de quibꝰ &
ipſe ait in euangelio: Qui habet aures audiendi,audiat. Lu.8.a
Et in Apocalypſi: Qui habet aurem, audiat quid ſpiri/ Apocal.2.b
tus dicat eccleſijs. Et Eſaias: Dominus addidit mihi au/ Eſa.6.c.33.c
riculam. Iſte eſt alius homo cui deus loquit̃ in occulto: et.35.b
qui clamat in corde credentis: Abba pater:&(ut frequen Roma.8.c
ter expoſuimus) quō corpus omnia membra & ſenſus
habet:ita animā quoqꝫ uniuerſos, & ſenſus, & membra
habere:& inter cætera aures etiā: quas qui habuerit, nō D
magnopere indigebit his auribus corporis ad Chriſti
euangeliū cognoſcendū. Simul autē etiā illud attendite,
ꝙ hic ſpiritus abſqꝫ ullo additamēto ſanctus intelligat̃:
quem ex dono cōſequimur,& nō hominis,de quo alibi
ſcribit̃:Incorruptus ſpiritus eſt in omnibꝰ. Et:Ipſe ſpiri/ Sapi.12.a
tus teſtimoniū reddet ſpiritui noſtro. Et in alio loco: Ne/ Rom.8.c
mo ſcit ea quæ in homine ſunt,niſi ſpiritus hominis qui
eſt in eo. Et in Daniele: Bñdicite ſpiritus & animæ iuſto/ Dañ.3.f
rum dñm. c ¶ Sic ſtulti eſtis/ vt cum ſpiritu cęperitis ꝛc.
Si ſanctūſpiritū acceperant Galatæ, quomō ſtulti erant?
Verū ſtatim ſoluit̃,cœpiſſe quidē eos ſpū:ſed cum carne
conſumarent̃, ſpiritū ab eis fuiſſe ſublatum. Vnde ſine
cauſa paſſi ſunt tanta quæ paſſi ſunt. Quod ne ſibi poſt
peccatū eueniret,Dauid precat̃ dicens: Spiritūſanctum Pſ.50.f
tuū ne auferas a me. Diligenter attendite ꝙ qui ſcriptu/
ras iuxta literā ſequit̃,cōſumari carne dicatur. Quam/
obrem illud quod ad Corinthios ſcriptum eſt: In carne 2.Cor.10.a
uiuentes,non iuxta carnem militamus:melius ſic intel/
ligi poteſt:ut hi militare dicantur in carne, qui uetus te/
ſtamentum humiliter ediſſerūt. Qui ꝟo ſequuntur in/
telligētiam ſpiritualem: ſint quidē in carne, quia eandē
habent literā quam iudæi: ſed non iuxta carnē militent,
a carne ad ſpiritum tranſcendentes. Quando uideritis
eum qui primū credit ex gentibus: & ad Chriſti aratrū
mittit manum, præuio aliquo doctore prudente,ſic per
legis iter ad euangeliū pergere,ut omnia illa quæ ibi ſcri
pta ſunt,de ſabbato, de azymis,de circūciſione, de uicti/
mis,digne deo intelligat:& deinceps poſt euāgelij lectio/
nem a iudæo aliquo,aut iudæorum ſocio perſuaderi:ut
umbras & Allegoriæ nubila derelinquēs, ſic ſcripturas
interpretet̃ ut ſcriptæ ſunt,de hoc poteſtis dicere: Sic ſtul
tus es:ut cum ſpiritu cœperis,nunc carne cōſumaris.

a cōſumamini? Tantã paſſi eſtis ſine cauſa, ſi tñ ſine cau/
b ſa. Qui ergo tribuit uobis ſpiritum, & operat̃ uirtutes
c in uobis: ex operibꝰ legis an ex auditu fidei. Sicut Ab/
raham credidit deo: & reputatū eſt illi ad iuſticiam. Co
d gnoſcitis ergo: quia q ex fide ſunt, hi filij ſunt Abrahã.
e Prouidens autē ſcriptura: quia ex fide iuſtificat gentes
deus: prænunciauit Abrahæ: quia bñdicent̃ in te oẽs
gētes. Igit̃ qui ex fide ſunt, bñdicent̃ cũ fideli Abrahã.

E a ❡ **Tanta paſſi eſtis ſine cauſa ꝛc.** Cōſyderemꝰ infœlices
iudæos, quanta ſupſtitione & obſeruationis labore uiuãt
inter cæteras nationes, dicētes: ne tetigeris: ne guſtaueris:
ne attractaueris: & ꝓbabimꝰ uerum eſſe qđ dicit̃: Tanta
paſſi eſtis ſine cauſa: ſed nō ſtatim ad eos ſentētia tēperat̃
& dubia ſit, ſi tñ ſine
cauſa: quia de his di/
citur, q pñt poſt legē
ad euangeliū reuerti.
Meliꝰ autē ſic intelligi
pōt, ꝙ primū creden/
tes galatæ ĩ crucifixū:
& a iudæis & a gētibꝰ
opprobria mlta per/
peſſi ſint: & ꝑſecutio/
nes nō minimas ſuſti
nuerint. Quas fru/
ſtra arguuntur fuiſſe
perpeſſi, ſi a grã chri/
ſti recedant: ꝓpter quã tanta perpeſſi ſunt. Simul & illa
ſpes: ꝙ qcūq ob chriſti fidē laborauerit, & poſtea lapſus
fuerit ĩ pc̃m: ſicut priora ſine cauſa dicit̃ paſſus fuiſſe dū
peccat: ſic rurſum nō perdat ea ſi ad priſtinã fidē & ad an
tiquū ſtudiū reuertat̃. Aliter: Si circūciſionē (inquit) pu
tatis ſequēdã eſſe poſt gratiã: ergo uſq ad præſens tēpus
ſine circūciſione uiuētes, oĩa quæ paſſi eſtis, in irritū ſunt
deducta. Quæ quidē mihi uidemini nō fruſtra ſuſtinu
iſſe, q ſcio legē poſt euãgeliū nō ualere. Vel certe ſic: Non
leue erat dãnū, ſi circūciſionē ſequentes, tñ priſtinū fidei
perdidiſſetis laborē: nunc ꝟo ad hoc detrimētū, etiã præ/
uaricationis pœna ſociat̃: ut & præterita ſine cauſa per/
peſſi ſitis: & in futuro cruciemini. Quidã coactiꝰ ita in/
telligūt. Cōſyderate priſtinã gratiæ libertatē & præſentis
onera obſeruationis in lege: & uidebitis ꝙ multa caſſo
F ſtudio feceritis: licet nō penitus fructus erroris iſtius de/
ſperandus ſit, dum çelo dei ad hoc ipſum eſtis adducti.
Ignorantibus eñ cōcedi uenia pōt: ſi ad meliora cōuerſi,
ſciētiã in uobis doceatis fluctuaſſe, nō ſtudiū. b ❡ **Qui ğ
tribuit vobis ſpm̃ ꝛc.** Tribuit, hoc eſt, adminiſtrat, præſen
tis tp̃is eſt legēdū: ut oſtendat̃ ꝑ ſingulas horas atq mo/
mēta ſemꝑ dignis ſanctūſpm̃ miniſtrari: & quãto quis in
dei oꝑe & amore ꝓfecerit, tanto magis ſanctiſpũs in ſe ha
bere ꝟtutes: q̃s auditus fidei, & nō legis oꝑa cōſumant.
Nō q̊ legis oꝑa cōtemnēda ſint: & abſq eis ſimplex fides
appetēda: ſed q̊ ipſa oꝑa fide chriſti adornent̃. Scita ē eñ
ſapientis uiri illa ſentētia: nō fidelē uiuere ex iuſticia, ſed
iuſtū ex fide. Simul oſtēdit̃ galatas accepto poſt fidē ſan
ctoſpũ, dona habuiſſe ꝟtutū. i. ꝓphetiã, genera linguarū,
1. Cor. 7. b morborū curationes: & cætera quæ ad Corinthios in do
nis ſpũalibꝰ enumerant̃. Et tñ poſt tãta (quia forſitã gra/
tiam diſcernēdorū ſpirituū nō habebãt) a falſis doctori/
bus irretiti ſunt. Obſeruandū etiã ꝙ oꝑari ꝟtutes dicant̃
in his, q nō tenēt euãgelij ꝟitatē: ſicut in illis q dñm nō ſe
quētes in noĩe eiꝰ ſigna faciebãt, Ioanne uel maxime cō/
Mar. 9. f querēte, Præceptor uidimꝰ quendã in noĩe tuo eijcientē
dæmonia: & ꝓhibuimꝰ eū, quia nō ſequit̃ nobiſcū. Hoc
aduerſum hæreticos q ꝓbationē fidei ſuæ ex eo ſi ſignū
aliqđ fecerint, arbitrant̃. Qui cū mãducauerint & bibe/
rint in noĩe dñi: (habēt quippe & ipſi altare ſacrilegū) &
ſigna multa inuocato ſaluatore feciſſe ſe iactent, in die iu
Matth. 7. d dicij merebunt̃ audire: Nō noui uos: diſcedite a me qui
operamini iniquitatem. c ❡ **Sicut Abraham credidit
deo ꝛc.** Ab hoc loco uſq ad eum ubi ſcribitur: Qui ex fi
de ſunt, bñdicent̃ cū fideli Abrahã, Marcion de ſuo apl̃o
eraſit. Sed quid ꝓfuit hoc tuliſſe: cū cætera quæ reliquit,
Geñ. 12. a inſaniæ eiꝰ aduerſa ſint. Credidit aũt Abrahã deo, exiēs
de patria ſua in terrã quã neſciebat: Sarã nonagenariã, &
ſterilē cōfidēs eſſe pariturã: & audita repromiſſione dei,
ꝙ in Iſaac uocaret̃ ſemē eiꝰ, ipſum Iſaac offerēs uictimã:
& tñ de dñi repromiſſione nō dubitãs: recte tali reputat̃
fides ad iuſticiã, qui legis opera ſupergreſſus: deum non
metu, ſed dilectione ꝓmeruit. d ❡ **Cognoſcitis ğ: q ꝗ ex
Roma. 4. a fide ſunt: hi filij ſunt abrahã.** Pleniꝰ de hoc in epl̃a ad Rho/
manos diſputat: ꝙ fides reputata ſit Abrahæ ad iuſticiã: G
nō in circūciſione, ſed in præputio. Et diligēter obſeruãs,
docet eos filios eſſe Abrahæ: quicūq hac mente credide/
rint: qua incircūciſus credidit Abrahã: qui exultauit ut Ioh. 8. g
uideret diē dñi: & uidit, & lætatus eſt. Vñ & ad infideles
iudæos dicitur: Si filij
eſſetis Abrahæ, ope/
ra Abrahæ faceretis.
Quæ autē alia (illo in
tp̃e cū hæc dicebant̃)
ab eis oꝑa dñs expe/
tebat, niſi credulitatē
in filiū dei quē pater
miſerat loquentem:
Qui credit in me: nō Ibi. 5. d
credit in me, ſed in eū
qui me miſit? Vñ &
in alio loco de gene/
ris ſibi antiquitate, &
nobilitate plaudētibus reſpōdet̃: Et ne dixeritis: quia pa Ioh. 8. e
trem habemꝰ Abrahã. Pōt eñ deus de lapidibꝰ iſtis ſuſci
tare filios Abraham. Lapides ibi nemo ambigit dura ſi/
gnificari corda gentiliū: quæ mollita ſunt poſtea, & fidei
recepere ſignaculū. Virtutes Abrahã in quibꝰ ante circū
ciſionē deo placuit, diligēs lector enumera: & q̊ſcunq in
ſimili oꝑe reppereris, dicito filios eſſe Abrahã, iuſtificati
in præputio, qui circūciſionē nō ob meritū operū, ſed in
ſignū fidei prioris accepit. Quia eñ ex ſemine eius erat
chriſtus oriundus: in q̊ uniuerſarū gētiū fuerat bñdictio
repromiſſa: & ab Abrahã uſq ad chriſtū multa erant ſæ/
cula trãſitura: prouidēs deus, ne ſoboles dilecti Abrahæ
cæteris nationibꝰ miſcerent̃: & paulatim familia eiꝰ fieret
incerta, gregē iſraeliticū quodã circūciſionis cauterio de/
notauit: ut uiuētes inter ægyptios, inter aſſyrios, babylo/ H
nios atq chaldæos, hoc ſignaculo diſtinguerent̃. Deniq
per q̃draginta annos in eremo nullus eſt circūciſus: ſoli
quippe ſine gētis alteriꝰ admixtione uiuebant: ſtatim ut
Iordanis ripam tranſgreſſus eſt populus: & in palæſtinæ
terrã, iudæum ſe examen infudit, circūciſio neceſſaria fu
turo ex cōmixtione gētiū prouidit errori. Q autē a Ieſu Ioſue. 5. a
duce, ſcđo ſcribit̃ pplus circūciſus: ſignificat & in eremo
ceſſaſſe circūciſionē, quæ in ægypto rationabiliter exerce
batur: & a dño Ieſu chriſto ſpirituali circūciſione creden
tes eſſe mūdandos. e ❡ **Prouidēs autem ſcriptura: q ex
fide iuſtificat gētes ꝛc.** Nō q̊ ipſa ſcriptura, atramētū uide/
licet & mēbranæ, quæ inſenſibiles ſūt, poſſint futura præ
noſcere: ſed q̊ ſpũſſanctus, & ſenſus q in litera latet, mltis
poſt ſæculis uētura prædixerint. Porro exēplū qđ de Ge
neſi ſumptū eſt: ita in ꝓprio uolumine cōtinet̃: Et bene/
dicent̃ in ſemine tuo oēs gentes terræ. Qđ Apl̃us ſuper Geñ. 12. a
chriſtū interpretans ait: Nō eſt ſcriptū ex ſeminibꝰ q̃ſi in et. 26. a
multis, ſed q̃ſi in uno, & ſemine tuo qui eſt chriſtus. Hoc
autē in oĩbꝰ pene teſtimonijs, quæ de ueteribꝰ libris in
nouo aſſumpta ſunt teſtamēto obſeruare debemus: qđ
memoriæ crediderint euãgeliſtæ uel apl̃i: & tñ ſenſu ex/
plicato, ſæpe ordinē cōmutauerint: nōnunq uel detraxe
rint uerba, uel addiderint. Nulli ꝟo dubiū ꝙ in Iſaac, &
Iacob, ſiue in duodecim patriarchis, & cæteris q de Abra
ham ſtirpe deſcēdunt, non fuerint bñdictæ uniuerſæ na/
tiones: ſed in chriſto Ieſu ꝑ quē oēs gētes laudant deū: &
bñdicit̃ nouū nomē ſuꝑ terrã. Pōt autē Apl̃us & de alio
Geneſeos loco exemplum ſeminis uſurpaſſe, ubi ſcribit̃:
Eduxit autē foras, haud dubiū quin Abraham deus, &
dixit ei: Aſpice in cœlū & numera ſtellas, ſi poteris dinu/ Geñ. 15. b
merare eas. Et ait illi: Sic erit ſemē tuū: & credidit Abrahã
deo, & reputatū eſt ei ad iuſticiã. Quicūq igit̃ credunt,
bñdicent̃ cū fideli Abrahã: qui ob egregiã in deū fidem
primꝰ in eum crediđiſſe narratur. Sicut Enos ob princi/ Ibi. 4. d
palem in deum ſpem: & inter cæteros eminentē, ſperaſſe
ſcribit̃ inuocare dñm deum. Non q̊ & Abel de q̊ dñs ait:
Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me: & cæteri dein/
ceps deū nō ſperauerint inuocare: ſed q̊ ex ea parte unuſ
quiſq appellet̃, quã uel maxime habet.

❡ FINIS.

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM COMMENTARIORVM AD GALATAS AD PAVLAM ET EVSTOCHIVM PROEMIVM.

QVod in primo cōmetarioꝝ ad Galatas libro:cū de gentiū ꝓprietatibꝰ diſputarem, intactum reliquerā:nunc in ſecūdo reddendū uidet̃,qui ſint Galatæ, uel quo,unde trāſierint. Vtrū indigenas eos fuderit,an aduenas quā nunc incolunt terra ſuſceperit:& utrū linguā cōnubio perdiderint:an & nouā didicerint,& nō amiſerint ſuam. Marcus Varro cunctarū antiquitatū diligētiſſimus perſcrutator:& cæteri qui eum imitati ſunt, multa ſup hac gente,& digna memoria tradiderūt. Sed quia nobis ꝓpoſitū eſt incircūciſos homines nō introducere in tēplū dei:& ut ſimpliciter fatear,multi iam anni ſunt ꝙ hæc legere deſiuimus:Lactantij noſtri quæ in tertio ad Probū uolumine de hac gēte opinatus ſit,uerba ponemus. Galli inquit antiquitꝰ a candore corporis galatæ nuncupabant̃: & Sibylla ſic eos appellat. Qđ ſignificare uoluit Poeta cū ait:Tum lactea colla auro innectunt̃, cū poſſet dicere candida. Hinc utiqꝫ galatia prouincia, in quā galli aliqñ uenientes, cū græcis ſe miſcuerūt. Vñ primū ea regio Gallogræcia,poſt galatia noīata eſt. Nec mirū ſi hōc ille de galatis dixerit: & occidentales pplos tantis in medio terrarū ſpacijs prætermiſſis,in oriētis plaga cōſediſſē memorarit:cū cōſtet oriētis cōtra & græciæ examina, ad occidentis ultima perueniſſe. Maſſiliā phocæi cōdiderūt,ꝗs ait Varro trilingues eſſe,ꝙ & græce loqnt̃,& latine,& gallice. Oppidū Rhoda,coloni rhodiorū locauerūt:unde amnis Rhodanus nomē accepit. Prætermitto Carthaginis conditores tyrios:& Agenoris urbē:prætereo thebas Liberi ꝗs in Aphrica cōdidit,quæ ciuitas nunc Thebeſtis dicit̃. Relinquo eam partē libyæ,quæ græcis urbibꝰ plena eſt. Ad hiſpanias trāſgredior:nōne Saguntum græci ex inſula Zacyntho profecti cōdiderūt: & oppidū Tarteſſon,qđ nūc uocat̃ Cartæia, Iones græci hoīes locaſſe referunt̃. Montes quoqꝫ hiſpaniarū, calpe idrus pyrenæ, item inſulæ Aphrodiſiades, & gymmeſiæ,quæ uocant̃ Baleares:nōne græci ſermonis indicia demōſtrant? Ipſa Italia a græcis populis occupata,maior quondā græcia uocabat̃. Certe qđ negari non pōt Romani de Eneæ aſiani hominis ſtirpe generati ſunt. Ex ꝗ euenit, ut & in occidente græci ſæpe acuminis reperiant̃ ingenia:& in oriente ſtoliditatē barbaram redoleant. Nec hoc dicimꝰ ꝙ nō e regione utrobiqꝫ diuerſa naſcant̃:ſed qđ ex magna parte etiā cætera quæ nō ſunt ſimilia,nūcupentur. Itaqꝫ nō mirū eſt ſtultos & ad intelligētiā tardiores galatas appellatos: cū & Hilarius latinæ eloquentiæ rhodanus,gallus ipſe & pictauis genitus:in hymnorū carmine gallos indociles uocet. Et ꝙ nunc oratorū fertiles ſunt:nō tam ad regionis diligētiā,ꝗꝫ ad rhetoricū clamorē pertinet:maxime cū aquitania,græca ſe iactet origine:& galatæ nō de illa parte terrarū,ſed de ferocioribus gallis ſint profecti. Vultis ſcire o Paula & Euſtochiū, quō Aplus unāquāqꝫ prouinciā ſuis ꝓprietatibus denotarit. Vſqꝫ hodie eadē uel uirtutū ueſtigia permanēt uel errorū. Romanæ plæbis laudat̃ fides. Vbi alibi tanto ſtudio & frequētia,ad eccleſias & ad martyrū ſepulchra cōcurrit̃? ubi ſic ad ſimilitudinē cœleſtis tonitrui amē roboat,& uacua idolorū tēpla quatiunt̃? Nō ꝙ aliam habeant Romani fidē,niſi hanc quā oēs chriſti eccleſiæ,ſed ꝙ deuotio in eis maior ſit,& ſimplicitas ad credendum. Rurſum facilitatis & ſuperbiæ arguunt̃. Facilitatis:ut ibi:Rogo uos fratres ut obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula,præter doctrinā quā uos didiciſtis, faciūt:& declinate ab illis:huiuſmodi eñ chriſto dño nō ſeruiūt,ſed ſuo uentri: & per dulces ſermones & bñdictiones ſeducunt corda innocētiū. Veſtra eñ obediētia in omnē locū peruulgata eſt. Gaudeo igitur in uobis:& uolo uos ſapiētes eſſe in bono,& ſimplices in malo. Superbiæ ỽo:Noli altū ſapere,ſed time. Et:Nolo uos ignorare fratres myſteriū hoc,ut non ſitis ipſi uobis ſapiētes. Et in ſequētibꝰ: Dico eñ ꝑ gratiā ꝗ data ē mihi in oībꝰ q ſunt inter uos:nō plus ſapere ꝗꝫ oportet ſapere:ſed ſapere ad ſobrietatē. Et apertius: Gaudere cū gaudētibꝰ, flere cū flentibꝰ, Idipſum inuicē ſentiētes. Nō alta ſapiētes,ſed humilibꝰ cōſentiētes. Nolite eſſe prudentes apud uos metipſos. Corinthios quoqꝫ notat ꝙ mulieres eorum intecto capite ſint:& uiri comam nutriant:& indifferenter ueſcant̃ in tēplis:& inflati ſapientia ſæculari,reſurrectionē carnis negent. Hæc ex parte uſqꝫ hodie permanere: non poteſt dubitare,qui Achaiam uiderit. Macedones in charitate laudant̃:& in hoſpitalitate ac ſuſceptione fratrū. Vñ ad eos ſcribit̃: De charitate autē

E fraternitatis, nõ neceſſe habemꝰ ſcribere uobis. Ipſi em̃ uos a deo didiciſtis, ut diligatis inuicem. Etem̃ facitis illud in omnes fratres in uniuerſa Macedonia. Sed reprehendunť ꝙ ocioſi domus circũeant: & alienũ expectantes cibũ, dum ſingulis placere deſyderant, & huc illucq; diſcurrant: quid apud ſingulos agať, enunciẽt. Sequiť em̃: Rogamꝰ autẽ uos fratres, ut abundetis magis, & operã detis ut quieti ſitis: & ut ueſtrũ negociũ agatis: & operemini manibꝰ ueſtris ſicut præcipi/mus uobis: & ut honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſyderetis. Qđ ne quis putet officio magis docẽtis q̃ uitio gentis admonitũ, in ſecũda ad eoſdem inculcat ac repli cat dicẽs: Nam & cum eſſemꝰ apud uos, hoc denunciabamꝰ uobis: qm̃ ſi quis operari non uult, nec manducet. Audiuimus em̃ inter uos quoſdã ambulare in quiete: nihil operantes, ſed curioſe agẽtes. His autẽ qui eiuſmodi ſunt, denunciamꝰ & obſecramꝰ in dño Ieſu chriſto: ut cũ ſilentio operantes, ſuũ panẽ manducẽt. Longum eſt ſi uelim de Aplo & de ſcripturis omnibꝰ ſingularũ gentiũ, uel uirtutes obſeruare uel uitia: cũ ad hæc ipſa quæ diximꝰ, inde deuoluti ſumus qđ ga/latæ ſtulti & uecordes ꝓnunciati ſint. Scit mecũ qui uidit Anchiram metropolim galatiæ ciuita/tem, ꝙ nũc uſq; ſchiſmatibꝰ dilacerata ſit: ꝙ dogmatũ uarietatibꝰ cõſtuprata: Omitto cataphry/gas, ophitas, borboritas, & manichæos. Nota em̃ iam hæc humanæ calamitatis uocabula ſunt. Quis unq̃ paſſalorincitas, & aſcodrobos, & artotyritas, & cætera magis portenta q̃ numina in aliqua parte romani orbis audiuit? Antiquæ ſtulticiæ uſq; hodie manent ueſtigia. Vnũ eſt qđ inferimꝰ, & promiſſum in exordio reddimꝰ: galatas excepto ſermone græco, quo omnis oriens loquiť, propriã linguam eandẽ pene habere quã Treuiros: nec referre ſi aliqua exinde corrupe/rint: cum & Aphri phœnicum linguam nonnulla ex parte mutauerint: & ipſa latinitas, & regio/nibus quotidie mutetur & tempore. Sed iam ad propoſitum reuertamur.

## COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EPISTOLAM AD GALATAS LIBER SECVNDVS.

a Quicunq; enim ex operibꝰ legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis qui nõ per/manſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis ut faciat ea. b Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur

F Quicunq; enim ex operibus legis ſunt/ ſub ma/ledicto ſunt &c. Hunc morem habeo: ut quo/tienſcũq; ab apo/ſtolis de ueteri inſtrumẽto ali/quid ſumiť, recurrã ad originales libros: & diligenter inſpiciã, quomõ in ſuis locis ſcripta ſint. Inueni itaq; in Deuterono/mio hoc ipſum apud LXX. interpretes ita poſitum: Maledictus omnis homo qui nõ permanſerit in omnibus ſermonibꝰ legis huius, ut faciat illos: & dicet omnis populus, fiat. Apud Aqui/lam uero ſic: Maledictus qui nõ ſtatuerit uerba legis huiꝰ, ut faciat ea: & dicet omnis populus, uere. Symmachus: Maledictus qui non firmauerit ſermones legis iſtius, ut faciat eos: & dicet omnis populus, amen. Porro Theodo/tio ſic tranſtulit: Maledictus qui non ſuſcitauerit ſermo/nes legis huius facere eos: & dicet om̃is populus, amen. Ex quo intelligimus Apoſtolũ, ut in cæteris, ſenſum ma/gis teſtimonij poſuiſſe q̃ uerba: & incertum habemus utrũ LXX. interpretes addiderint, omnis homo & in om/nibus: an in ueteri hebraico ita fuerit, & poſtea a iudæis deletum ſit. In hanc me autem ſuſpitionem illa res ſtimu lat: quod uerbum omnis & in omnibꝰ, quaſi ſenſui ſuo neceſſariũ ad probandum illud, quod quicunq; ex ope ribus legis ſunt, ſub maledicto ſint: Apoſtolus uir he/brææ peritiæ: & in lege doctiſſimꝰ nunq̃ protuliſſet: niſi in hebræis uoluminibus haberetur: quam ob cauſam ſamaritanorũ hebræa uolumina relegens, inueni כל: quod interpretať, omnis ſiue omnibus, ſcriptum eſſe: & cum LXX. interpretibus concordare. Fruſtra igitur illud tule/runt iudæi: ne uiderentur eſſe ſub maledicto, ſi non poſ/ſent omnia complere quæ ſcripta ſunt: cum antiquiores alterius quoq; gentis literæ id poſitum fuiſſe teſtentur. (Deut. 27.d)

G Quoniam autem nemo poſſit explere legem: & cuncta facere quæ iuſſa ſunt: & alibi teſtatur Apoſtolus dicens: Quod enim erat impoſſibile legis, in quo infirmabatur per carnem: deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato cõdemnauit peccatũ in carne. (Roma. 8.a) Qđ ſi uerũ eſt, poteſt nobis obijci: Ergo & Moyſes, & Eſaias, & cæteri prophetæ, qui ſub operibꝰ legis fue runt, ſub maledicto ſunt. Quod non ti/mebit annuere, qui dicentẽ apoſtolum le gerit: Quia chriſtus nos redemit de male/dicto legis, factus pro nobis maledictum: & reſpondere unumquemq; ſanctorum ſuo tempore maledictionem factum eſſe pro populo. Nec ſtatim hoc tribuẽs & iuſtis uiris, uidebitur detrahere ſaluatori: quaſi nihil præcipuum & excellens habuerit, factus ꝓ nobis maledictum: cum & cæteri pro alijs maledictum facti ſint. Nemo enim il/lorum q̃uis factus fuerit ipſe maledictio, de maledicto quempiã liberauit, abſq; ſolo domino Ieſu chriſto, qui precioſo ſanguine ſuo: & nos omnes & ipſos Moyſen di/co & Aaron prophetaſq; cunctos & patriarchas, de ma/ledicto legis redemit. Nec hoc ex meo ſenſu dictum pu/tetis: ſcriptura teſtis eſt: quia Chriſtus gratia dei, ſiue ut in quibuſdam exemplaribus legitur, abſq; deo, pro om/nibus mortuus eſt. Si autem pro omnibꝰ, & pro Moyſe, & pro uniuerſis prophetis, e quibus nullus potuit de/lere chirographum uetus, quod aduerſum nos ſcriptũ erat, & affigere illud cruci. Omnes peccauerunt: & indi/gent gloria dei. Eccleſiaſte quoq; hanc firmante ſenten/tiam. Homo non eſt iuſtus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Deniq; & inferius Apoſtoli dictum manife/ſte docet: nec Moyſen, nec illuſtrem aliquem de antiquis uirum, apud deum iuſtificari potuiſſe per legem. Sequi tur enim: (H; 2. Cor. 5.d; Col. 2.c; Roma. 3.d; Eccs. 7.c)

b Quoniam autem in lege nemo iuſtifica/tur &c. Exemplum quo probatur iuſtus ex fide uiuere, & non ex operibus, de Habacuc tulit: qđ ita LXX. inter/pretes (Abacu. 2.a)